





MAPHAEUS PINELLIUS VENETUS.

BIBLIOTHECA
MAPHÆI PINELLII
VENETI

MAGNO JAM STUDIO COLLECTA,

A

JACOBO MORELLIO

BIBLIOTHECÆ VENETÆ D. MARCI CUSTODE

DESCRIPTA

ET ANNOTATIONIBUS ILL TA.

TOMUS PRIMUS.



VENETIIS

TYPIS CAROLI PALESII

MDCCLXXXVII.

Veneunt Exemplaria apud Laurentium Basilium.



PRÆFATIO

Posteaquam ob immaturam Maphæi Pinellii, viri honestissimi, mortem, factum est, ut Bibliothecam ejus locupletissimam venditioni exponi oporteat; Indicem ipsius ut accurate conficerem atque in lucem proferrem, is a me petiit, cujus hac de re curam sibi sumere partes erant. Hanc ego sane provinciam, etsi operæ atque tædii plenam esse probe cognoscerem; haud una tamen de caussa alacri animo suscepi, ac lubentissime perfeci. Namque in primis mecum reputabam, Bibliothecam hanc Auctoribus antiquis Græcis ac Latinis, iisque ex omnium præstantissimis editionibus, cum veteribus, tum recentioribus, optime instructam esse; atque adeo præclaram habiturum esse me opportunitatem ostentandi mirificam librorum ejuscemodi collectionem, quos præ aliis plurimi semper feci, quod omnem doctrinam, omnemque elegantiam, ceu fontes, plane contineant, ac ipsa editionum frequentia, tamque multis, secum quos afferunt, commentariis, longe se ceteris excellere, vel iis, qui ingenio rudi sunt, plane demonstrent.

Animo deinde advertebam, futurum ut in Italiæ noſtræ, in qua multo maxima pars operum, quæ ab ingeniis iis magnis profecta ſunt, primum prodiit, decus omnino cederet, palam ſi facerem hac etiam ætate inter homines privatos alium quempiam, præter Nicolaum de Rubeis Florentinum, in ea exſtitiſſe, qui pulcherrimam hanc ſibi curam ſumpſerit, ut Auctores eos univerſos ex editionibus quibuſcunque præſtantioribus colligeret, atque omni ſtudio in hoc idem negotium incubuerit; haud ſecus atque Burmanni in Batavia fecerint, Askewius in Anglia, Rewiczkius Comes in Germania: de quorum collectionibus, ex Indicibus typis editis, fama præclara jam eſt (*a*).

Præ-

(*a*) Catalogus ſelectiſſimæ Bibliothecæ Nicolai Roſſii. *Romæ*, 1786. *in* 8.°

Bibliotheca Askewiana. *Londini*, 1775. *in* 8.°

Bibliotheca Burmanniana. *Lugduni Batavorum*, 1779. *in* 8.°

Bibliotheca Græca & Latina, continens Auctores fere omnes Græciæ & Latii veteris, quorum opera, vel fragmenta ætatem tulerunt, exceptis tantum aſceticis & theologicis Patrum nuncupatorum ſcriptis; cum delectu editionum,

tam

Præterea rem mihi facturus visus sum haudquaquam inutilem Historiæ Litterariæ ac Bibliographiæ studiis, quæ impense nunquam ego non colui: cum enim in hac Bibliotheca libri longe rarissimi, vel prorsus etiam ignoti exstent, indicium si de ipsis dedissem, iis qui bene in disciplinas ejusmodi affecti sunt, nonnihil me profuturum in animum induxi; neque non forte vel ipsis doctrina præstantibus hominibus operam meam usui nonnunquam esse futuram. Præ ceteris tamen id mihi placuit, quod in hujusce Indicis editione pulcherrima se se mihi oblata esset occasio, ex qua solatium quantum maximum unquam expetere potuissem de Pinellii morte caperem; quæ, quod eo amico inter apprime caros uterer, permagni mihi caussa doloris fuit. Cum enim is, ut natura verecundus erat, quo ingenio præstaret, ut ostenderet, non sane multum sollicitus fuerit, neque ad Bibliothecam suam

---

tam primariarum, principum, & rarissimarum, quam etiam optimarum, splendidissimarum, atque nitidissimarum, quas usui meo paravi Periergus Deltophilus. *Berolini*, 1784. *in* 8.° Cum Supplemento &c.

inſpiciendam, niſi paucos, admittere conſueverit, id ab experientia quodammodo edoctus; fore ratus ſum, ut nomini ejus qua meliori fieri poteſt ratione conſulerem, Indicem hunc ſi proferrem, ex quo de recto ejus judicio atque eximio in litteras ſtudio conſtaret; ſimul autem publice oſtenderem de honore ipſius vita quoque functi ea me ſollicitudine teneri, quæ par omnino arctæ illi neceſſitudini ſit, quam ſecum dum viveret habui, mutuis officiis, ac pene dixerim ſtudiis communibus excultæ, neque ulla unquam moleſtia intermiſſæ.

Ac re quidem vera tantopere Pinellius litteris erat inſtructus, tamque exacto judicio pollebat, ut inter homines eruditos locum ſibi vindicare jure optimo poſſet. Humanioribus diſciplinis, Hiſtoriæ litterariæ, ac Bibliographiæ ſe ſe potiſſimum dederat; in quibus ut operam utiliter navare poſſet, haud parum in Græcis ac Latinis litteris profecerat, itidemque in Gallicis & Anglicis; atque adeo prioribus iis, ut Auctores Claſſicos ſuis quoſque linguis legeret, aſſecutus erat, quod eorum doctrinam omnem, omnemque elegantiam ex interpretationibus hauriri minime poſſe probe cognoſceret. Nullo factum negotio eſt ut Auctores

res

res illos maximo in pretio a ſe habendos eſſe intelligeret, quos nemo, niſi mentis inſanæ ſit, ubi primum legat, permagni non facit; de quibus tanta deinceps exiſtimatione captus eſt, ut omnes ex præſtantioribus quibuſque editionibus colligere ſit aggreſſus: qua quidem in provincia tanta ſollicitudine atque induſtria, tantaque etiam dicam fortunæ felicitate verſatus eſt, ut ex ejuſcemodi dumtaxat libris a ſe collectis ſatis locupletem Bibliothecam effecerit. Eximiam ſuam hanc de Claſſicis Auctoribus exiſtimationem, juxta ac rei bibliographicæ peritiam, me cohortante, bene declaravit, in lucem apud nos emiſſo Conſpectu editionum præcipuarum, quibus Auctores ii prodiere, ab Eduardo Harwoodio anno 1775 Londini primum edito, poſtque triennium ibidem recuſo: quam opellam in Italia vix cognitam is nedum ex Anglica lingua in noſtram tranſtulit, verum etiam perſæpe emendavit, & inſigniter auxit, ac anno 1780 elegantibus typis evulgavit; Harwoodio ipſo deinde probante, qui Conſpectum eundem cum tertium biennio poſt ederet, de interpretatione Italica judicium cum laude tulit, ac Pinellium Bibliographum doctrina atque intelligentia præditum

appellavit (*a*). Verum cum ad veterum Scriptorum ſtudium multis recentiorum quoque libris uti vel prorſus neceſſarium, vel ſaltem utile ſit, cumque de rebus, quæ pulchritudine & raritate præſtant, ubi agitur, alia aliis, licet diverſa ſint, homines accumulare pro inſita cupiditate ſoleant; propterea Pinellius recentiorum quoque auctorum libros optimos quoſque, ac elegantiſſimos, atque rariſſimos in quavis diſciplina conquirere cœpit. Quod vero multa is dexteritate eſſet, ac ſibi magnopere placeret in iis ad exitum brevi perducendis, quæ nonniſi diu confici poſſe videbantur; idcirco omni, quod ei aptum videbatur, inſtrumento adhibito, tantam librorum bonitate ac raritate præſtantium copiam in unum coegit, mirum ut ſpectaculum iidem præbeant, iis præſertim, qui intra paucos annos, & ab homine fortunæ mediocris collectos illos fuiſſe ſciant.

Hac ipſa animi contentione, atque adeo ea-

(*a*) The Italian Verſion, published by *Pinelli* at *Venice*, is well executed, and evinces the Translator to be a learned and intelligent Bibliographer. *Preface p. xxiii.*

eadem exitus felicitate usus Pinellius erat in colligendis Nummis a Venetis cusis, tum antiquis, tum novis, ex omni specie ac ex omni metallo, itidemque Numismatibus Venetorum: quam collectionem viridiori ætate cum facere cœpisset, assidua & multiplici pervestigatione adhibita, tam multis, tamque inventu difficilibus nummis instruxit, ut ceteros omnes, qui in hujusmodi monumentis accumulandis operam apud nos collocarunt, quatenus equidem constat, post se reliquerit. De Nummis Numismatibusque his in fine voluminis quinti pauca quædam attuli, simulque de Virorum illustrium ex omni natione Numismatibus, nec non de signis quatuor antiquis, deque Gemmarum ectyparum & Numismatum formis in sulphure expressis; in quibus omnibus colligendis, pro ea qua ad quodvis eruditionis genus propensione erat, Pinellius operam impendere consuevit. De picturis quoque, quas ipse sibi comparaverat, nonnihil dicere debuissem, cum & ingens earum numerus sit, & nonnullas ab auctoribus celeberrimis, scholisque variis prodiisse constet: verum ut silentio eas prætercam Index facit, duobus abhinc annis typis editus, quo eædem apposite descriptæ sunt. Id vero unum

hoc loco adjiciam, haud in ſolam pingendi artem optime affectum Pinellium fuiſſe, immo vero in ceteras omnes elegantiores; ex quo majorem in exiſtimationem atque plauſum is plane devenerat.

Jam vero ſi ex præclara hac in litteras atque artes voluntate egregiam famam ac laudem Pinellius reportabat; quantum præterea amoris non ei pariebant eximiæ animi dotes, optimique mores, qui homini litterato ſi minime adſint, horribile monſtrum is plane videtur? Omnes eum bene qui noverint, quod verum eſt fateri ſi velint, teſtes mihi locupletiſſimi eſſe poterunt, amicum hominem virtutis cauſſa collaudantem me nullo modo a veritate diſcedere. Magna in primis cura de officiis hominis Religioni Catholicæ addicti exequendis, integritas ac diligentia in typographia publica exercenda (quod munus ante duo ſæcula, Senatus beneficentia, Pinelliorum familiæ conceſſum eſt), fides in amicitia colenda, bonorum quæ in alios contuliſſet, malorumve quibus contra ab aliis eſſet affectus, oblivio, alacritas & benignitas in egenis, præſertim vero amicis, adjuvandis, aliæque hujuſcemodi dotes eum egregie exornabant: ad has autem inſignis adeo urbani-

tas

tas accedebat, tantaque in universa vitæ ratione comitas atque gratia, ut vel illorum, qui animo ei adverso unquam fuissent, benevolentiam sibi captare facile potuisset. Non itaque, quod re quidem vera contigit, sine communi bonorum luctu hominem, qui tanta bonitate præstabat, mortem obire æquum erat; mortem, inquam, eo graviorem, quod anno ætatis suæ undequinquagesimo acciderit (*a*); nec erit unquam cum honestum ipsius nomen deleat oblivio, apud eos potissimum, qui ipso amico usi sint, vel quis qualisque esset, perspectum habuerint.

Sed, ut ad Pinellii libros revertar, illud fore mihi persuasissimum est, ut hic ipse Index non modicam ei laudem sit allaturus; quandoquidem recto eum judicio in libris colligendis valuisse declaret. Sane in quavis disciplina libros fama & raritate præstantissimos idem offert. Ut enim nonnullos ex præcipuis enumerem, inter sacros textus Biblia Polyglotta sunt Ximenii Cardinalis studio impressa, & quidem in membranis (*b*), exemplar longe rarissimum operis

(*a*) Obiit Pinellius VII. Id. Feb. MDCCLXXXV.
(*b*) n.° I.

ris inventu perquam difficilis, & quavis Bibliotheca Regia prorſus dignum, ad quod & aliud charta communi impreſſum accedit (*a*); præterea Pſalterium Græce ex duabus præclaris editionibus, altera videlicet Mediolanenſi, quæ omnium prima eſt, anni 1481, ex qua quidem exemplaria duo exſtant nonnihil inter ſe differentia (*b*), altera Aldina Sæculo XV. exeunte facta (*c*), tum ſcilicet cum Aldus primum libros imprimere eſt aggreſſus. Inter Bibliorum Interpretes Catena Sancti Thomæ Aquinatis in Evangelia Romæ anno 1470 impreſſa (*d*), ejuſdemque Sancti Doctoris Commentarius in Joannem an. 1508 Venetiis primum impreſſus in membranis (*e*), libri eximiæ raritatis ſunt: multo autem inventu difficilius eſt Pſalterium a Sancte Pagnino Latine redditum, cum Rabbinorum commentariis, ſæculo ſextodecimo, abſque ulla tamen nota, in membranis itidem impreſſum (*f*). Conciliorum ſeries exemplar Tridentini oſtentat, Romæ an. 1564 impreſſum, cui ſubſcriptiones autographæ inſunt trium, qui Con-

(*a*) n.° 2. (*b*) n.° 39. 40. (*c*) n.° 41.
(*d*) n.° 272. (*e*) n.° 273. (*f*) n.° 242.

Concilio eidem ab Actis fuere (a). Inter Sanctorum Patrum opera Eusebii Præparatio Evangelica a Jensonio an. 1470 impressa (b), Sancti Joannis Chrysostomi Homiliæ Romæ anni ejusdem (c), Sancti Augustini de Civitate Dei Libri XXII. ex editionibus Romanis ann. 1468. & 1470, itidemque ex Veneta an. 1470 (d), ejusdem Sancti Doctoris Liber quartus de Doctrina Christiana, sub titulo *De Arte prædicandi* a Joanne Mentelino typographo Argentinensi longe antiquissimo impressus (e), Lactantii Opera, & Sancti Hieronymi Epistolæ Romæ an. 1468 (f), Sancti Leonis Papæ I. Homiliæ Romæ 1470 (g), Sancti Gregorii Magni Moralia in Job Romæ 1475 (h), & ex alia editione, quæ majorem vetustatem præsefert (i), libri sunt ex rarioribus, quos hoc in genere reperire liceat. Ad Theologiam quod attinet, eminent Guillelmi Durandi Rationale Divinorum Officiorum an. 1459 Moguntiæ in membranis im-

(a) n.° 293. (b) n.° 369. (c) n.° 413.
(d) n.° 533. 535. 534. (e) n.° 539.
(f) n.° 614. 595. (g) n.° 636.
(h) n.° 589. (i) n.° 588.

impressum (*a*), Sancti Thomæ Aquinatis Commentarius in quartum Sententiarum librum Moguntiæ 1469 (*b*), & Quæstiones ejusdem Quodlibeticæ Romæ circa an. 1470 impressæ (*c*), Stephani de Cajeta Sacramentale Neapolitanum Neapoli 1475 (*d*), Petri Ximenii Confutatorium Errorum contra Ecclesiasticam potestatem Toleti 1486 (*e*), Opuscula varia a Philippo de Barberiis Siculo Ordinis Prædicatorum collecta, qui liber, quatenus equidem constat, omnium, qui sæculo XV. Romanis typis prodiere, elegantissime impressus est (*f*), & Missa Latina a Matthia Francowitz Flaccio Illyrico edita, cum Appendice (*g*). Justiniani Institutiones ex omnium prima editione Moguntina an. 1468 (*h*), nec non ex Veneta 1476 (*i*), Clementis V. Constitutiones (*k*) & Sextus Decretalium Liber itidem ex editione Veneta an. 1476 (*l*), libri omnes in membranis splendide impressi, Pandectæ Florentinæ an. 1553 editæ (*m*), Constitutio-

(*a*) n.° 782. (*b*) n.° 940. (*c*) n.° 943.
(*d*) n.° 794. (*e*) n.° 964. (*f*) n.° 894.
(*g*) n.° 858. (*h*) n.° 997. (*i*) n.° 998.
(*k*) n.° 983. (*l*) n.° 992. (*m*) n.° 994.

tiones Ordinis Velleris Aurei sæc. XVI. in membranis impressæ (*a*), Opusculum hactenus ignotum Dominici de Dominicis de Reformationibus Curiæ Romanæ Brixiæ an. 1495 excusum (*b*), Jurisprudentiæ facultatem egregie exornant: quod idem in Philosophia præstant exemplaria duo operum Platonis, alterum ex prima editione, Aldina scilicet an. 1513 (*c*), alterum elegantissimum ex officina Henrici Stephani an. 1578 (*d*), cui tres Epistolæ nuncupatoriæ insunt, Aristotelis Opera, quæ Aldus dedit ab an. 1495 ad 1498 (*e*), ejusdem Tractatus varii an. 1483 Venetiis impressi in membranis, tribus in folio tomis (*f*), Plutarchi Apophthegmata a Philelpho Latine reddita, Sæc. XV. absque ulla editionis nota (*g*), Ciceronis Opera Philosophica ex editionibus ejusdem sæculi celeberrimis, libri nempe De Finibus Venetiis impressi an. 1471 (*h*), Quæstiones Tusculanæ a Jensonio an. 1472 (*i*), Officia a Vindelino Spirensi an. 1470, & 1472 (*k*), ac ex alia quo-

(*a*) n.° 1031. (*b*) n.° 1037. (*c*) n.° 1302. (*d*) n.° 1305. (*e*) n.° 1191. (*f*) n.° 1226. (*g*) n.° 1347. (*h*) n.° 1430. (*i*) n.° 1434. (*k*) n.° 1449. 1450.

quoque rariore editione, quæ ſine ulla nota facta circa idem tempus eſt (*a*), Platonis Defenſio auctore Beſſarione Cardinali, ex prima editione Romana an. 1469 (*b*), Roderici Sancii de Arevalo Speculum Vitæ Humanæ Auguſtæ 1471, Romæ 1473, & ex alia editione, quæ nota caret (*c*), ac demum Antoniana Margarita Gometii Pereyra (*d*). Libros inter de Medicina, de re Botanica, & de Hiſtoria Naturali, præter Hippocratem, Galenum, Paulum Æginetam, & Dioſcoridem, ex omnium primis editionibus Aldinis (*e*), pulcherrimum locum tenent exemplaria duo ornatiſſima Hiſtoriæ Naturalis Plinii editionis Jenſonianæ an. 1472 (*f*), & aliud Parmenſe an. 1476 (*g*), Rei Ruſticæ Scriptores a Jenſonio an. 1472 impreſſi (*h*), Tractatus de ægritudinibus oculorum hucuſque incognitus, Benevenuto de Graſſis auctore, Ferrariæ circa an. 1475 impreſſus (*i*), Andreæ Baccii Naturalis Vi-

no-

(*a*) n.° 1451. (*b*) n.° 1508. (*c*) n.° 1611. 1612. 1613. (*d*) n.° 1590.
(*e*) n.° 1671. 1663. 1702. 1655.
(*f*) n.° 1753. 1754. (*g*) n.° 1755.
(*h*) n.° 1768. (*i*) n.° 1827.

norum Hiſtoria (*a*), Martini Liſteri Hiſtoria Conchyliorum (*b*), Hippolyti Salviani Hiſtoria animalium aquatilium (*c*), & Bartholomæi Platinæ Tractatus de Honeſta Voluptate & Valetudine, in Civitate Auſtriæ an. 1480 impreſſus (*d*). Mathematicæ diſciplinæ libros rariſſimos & ipſæ quoque habent, Aſtronomos nempe Veteres ab Aldo an. 1499 impreſſos (*e*), Euclidem Venetiis 1482 (*f*), Rei Militaris Scriptores ex editione principe Romæ an. 1487 (*g*), in quibus ſi Modeſtus deficit, adeſt attamen ex alia longe rariſſima editione Veneta an. 1474 (*h*), Robertum Valturium de Re Militari, Veronæ impreſſum an. 1472 (*i*), Leopoldi Auſtriaci Compilationem Aſtronomicam an. 1489 Auguſtæ in membranis ſplendidiſſime impreſſam (*k*), Nicolai Burtii & Franchini Gafurii Tractatus de Muſica (*l*), & Joannes Hevelii Selenographiam (*m*): Geographi itidem Græci minores ab Hudſonio

(*a*) n.° 1794. (*b*) n.° 1846. (*c*) n.° 1891. (*d*) n.° 1872. (*e*) n.° 1993. (*f*) n.° 1947. (*g*) n.° 2008. (*h*) n.° 2006. (*i*) n.° 2061. (*k*) n.° 2037. (*l*) n.° 2026. 2033. (*m*) n.° 2035.

sonio editi, quorum exemplar integerrimum est (*a*), Strabo ex editione Vindelini Spirensis anni 1472 (*b*) Ptolemæus a Michaele Serveto an. 1541 evulgatus (*c*), Solinus ex editione Jensonii an. 1473 (*d*), itidemque ex alia perantiqua (*e*), ac Pomponius Mela ex editione principe Mediolani 1471 (*f*), inter libros Geographicos se se magna præstantia commendant.

Quoad vero Historicos veteres attinet, sunt in iis Herodotus Romæ, ac Venetiis impressus an. 1474 (*g*), Xenophontis Cyropædia a Philelpho Latine reddita, Romæ anno eodem excusa (*h*), Diodorus Siculus Bononiæ 1472 (*i*), exemplaria duo Plutarchi de Vitis illustrium virorum Romæ circa an. 1470 impressa (*k*), Appianus Alexandrinus Venetiis 1472 (*l*), Josephus Flavius Augustæ Vindelicorum 1470 (*m*), Sallustius Venetiis & Mediolani 1474 (*n*), Corne-

(*a*) n.° 2142. (*b*) n.° 2175. (*c*) n.° 2157.
(*d*) n.° 2199. (*e*) n.° 2200. (*f*) n.° 2180.
(*g*) n.° 2529. 2530. (*h*) n.° 2620.
(*i*) n.° 2482. (*k*) n.° 2565. 2566.
(*l*) n.° 2464. (*m*) n.° 2542. (*n*) n.° 2918. 2919.

nelius Nepos & Cæſar a Jenſonio 1471 (*a*), hic vero etiam ex inſigni editione, quam Clarkius an. 1712 Londini dedit (*b*), Titus Livius a Vindelino Spirenſi an. 1470 impreſſus (*c*), Valerius Maximus ab eodem anno proximo excuſus (*d*), Quintus Curtius itidem a Vindelino abſque anni indicio (*e*), Florus ex editione pervetuſta abſque ulla nota, ac ex alia Parmenſi anni circiter 1473 (*f*), Svetonius a Jenſonio impreſſus an. 1471, & ex alia editione abſque ulla nota, ſed ejuſdem omnino temporis (*g*), Scriptorum Hiſtoriæ Auguſtæ ex editione Mediolanenſi anni 1475 exemplaria duo (*h*), Juſtinus a Jenſonio an. 1470 typis editus (*i*), Eutropius Romæ 1471 (*k*): & inter Hiſtoricos recentiores adſunt Boccaccii Liber De claris Mulieribus an. 1473 Ulmæ impreſſus (*l*), Jacobi Bracelli Hiſtoria belli Hiſpani abſque ulla nota, ſed Mediolani circa an. 1477 excuſa (*m*), Joannis Simonetæ Commentarii

b ii re-

(*a*) n.° 2963. 2964. (*b*) n.° 2684.
(*c*) n.° 2823. (*d*) n.° 3033. (*e*) n.° 2700.
(*f*) n.° 2746. 2747. (*g*) n.° 2963. 2964.
(*h*) n.° 2769. 2770. (*i*) n.° 2791.
(*k*) n.° 2731. (*l*) n.° 3081. (*m*) n.° 3281.

rerum geſtarum Franciſci Sforttiæ ex prima editione Mediolani circa an. 1480 facta (*a*), M. Antonii Sabellici Rerum Venetarum Hiſtoria Venetiis an. 1487 ſplendidiſſime in membranis impreſſa, idem ipſum exemplar, quod auctor obtulit Auguſtino Barbadico Venetiarum Duci, cui opus inſcriptum eſt (*b*), Donati Boſſii Chronicon Mediolanenſis editionis an. 1492 (*c*), Jacobi Philippi Bergomenſis opus de plurimis claris ſelectiſque Mulieribus an. 1497 Ferrariæ impreſſum (*d*), Petri Bembi libellus de Ætna editionis Aldinæ 1495 (*e*), Alexandri Benedicti Diaria de Bello Carolino, abſque ulla nota, ſed editionis ejuſdem Aldinæ (*f*), & Stephani Joanninenſis Pentateuchus in Monarchiam Mediceam (*g*): quibus etiam accedit Tranſactio Pacis inter Sixtum IV. P. M. & Italiæ Principes quoſdam an. 1482 facta, & circa idem tempus impreſſa, a nullo, quem equidem noverim, bibliographo relata, & in collectionibus Diplomatum ejuſcemodi præcipuis prætermiſſa (*h*). Ora-

(*a*) n.° 3463. (*b*) n.° 3444. (*c*) n.° 8084. (*d*) n.° 3071. (*e*) n.° 3267. (*f*) n.° 3272. (*g*) n.° 3375. (*h*) n.° 3471.

Orationes inter reperire eſt Demoſthenicas ex duabus editionibus anno eodem 1504 ab Aldo factis (*a*), & ex alia quoque perrara, quam Jo. Bernardus Felicianus an. 1543. Venetiis dedit (*b*), Ciceronis Philippicas Venetiis an. 1474 impreſſas (*c*), Orationes duas ad Nicolaum Tronum Venetiarum Ducem, an. 1472 impreſſas, alteram ab Antonio Turchetto Patavino habitam, alteram a Jacobo Romano Brixienſi (*d*), Antonii Urſati Patavini Orationem ad Nicolaum Marcellum Ducem Venetiarum anno proximo typis editam (*e*), aliam Joannis Antonii Campani an. 1476. Callii impreſſam (*f*), & Colæ Montani Bononienſis aliam ad Lucenſes adverſus Laurentium Medicem, abſque ulla nota, ſub ſæculi XV. finem excuſam (*g*). Neque vero Epiſtolæ omnino inſignes deſunt, nempe Phalaridis an. 1471 Tarviſii impreſſæ, itidemque Brixiæ circa annum eundem, ac in Sancto Urſo, & abſque loci nota an. 1475 (*h*), Ciceronis ad Fami-

(*a*) n.° 3502. 3503. (*b*) n.° 3505.
(*c*) n.° 3584. (*d*) n.° 3733. 3724.
(*e*) n.° 3677. (*f*) n.° 5792. (*g*) n.° 3695.
(*h*) n.° 3764. 3765. 3766. 3767.

miliares ex priori Joannis de Spira editione Veneta an. 1469, ex Fulginate circa an. 1470, ex duabus aliis absque loci nota 1470 & 1472, quin etiam ex ea longe rariore atque inæstimabili, quam Philippus de Lavagnia an. 1472 Mediolani fecit (*a*), Symmachi ex omnium prima editione sæculo XVI ineunte facta (*b*), Leonardi Aretini an. 1472 impressæ (*c*), Antonii Beccatelli, vulgo Panormitæ, absque ulla nota sæc. XV. excusæ, quibus Francisci Philelphi Consolatio accedit ad Jacobum Antonium Marcellum, ex editione Romana an. 1475 (*d*), Philelphi ejusdem Epistolæ Venetiis an. 1502 impressæ (*e*), Matthæi Bossi, Pars quarum tertia summæ raritatis est (*f*), Petri Delphini Venetiis editæ an. 1524 (*g*), quibus Epistolæ Petri Bunelli & Pauli Manutii simul editæ (*h*), & Marci Antonii Flaminii (*i*), aliorumque aliæ accedunt. Jam vero Poetarum ex editionibus rarissimis quanta vis non adest? Ni-

(*a*) n.° 3778. 3777. 3779. 3781. 3780.
(*b*) n.° 3837. (*c*) n.° 3940. (*d*) n.° 3968.
(*e*) n.° 3974. (*f*) n.° 3859. (*g*) n.° 3886.
(*h*) n.° 3869. (*i*) n.° 3921.

Nimirum, de antiquis ut dicam, Homerus ex principe editione Florentina an. 1488, cujus equidem exemplaria duo exſtant (a), Batrachomyomachia ex Veneta an. 1486 (b), ac ex alia quoque vetuſtiore editione hactenus, quantum equidem noverim, ignota (c), quatuor Euripidis Tragœdiæ (d), Apollonius Rhodius (e), & Anthologia Epigrammatum Græcorum (f), libri tres inſignes litteris majuſculis ſæc. XV. Florentiæ excuſi, horumque poſtremus tum in charta, tum etiam in membranis, Orpheus (g), Ariſtophanes (h) ac Theocritus (i) ex primis editionibus, hujus quoque Idyllia XVIII. cum Heſiodi Operibus ac Diebus circa an. 1493 Mediolani impreſſa (k), Terentius (l), Virgilius (m), Horatius (n), Tibullus (o), Lucanus (p), Manilius (q), & Juvenalis ac Perſius (r), abſque anni nota ſæc. XV.

 om-

(a) n.° 4213. 4214. (b) n.° 4262.
(c) n.° 4262. (d) n.° 4157. (e) n.° 4076.
(f) n.° 4055. 4056. (g) n.° 4076. 4184.
(h) n.° 4091. (i) n.° 4408. (k) n.° 4407.
(l) n.° 4493. (m) n.° 5073. (n) n.° 4567.
(o) n.° 5051. (p) n.° 4676. 4677.
(q) n.° 4734. (r) n.° 4639.

omnes impressi, Plautus Venetiis an. 1472 Venetiis primum editus (*a*), Catullus Parmæ an. 1473 (*b*), Silius Italicus ex duplici editione Romana an. 1471 (*c*), Valerius Flaccus Bononiæ 1474 (*d*), Juvenalis & Persius Brixiæ 1473 (*e*), Martialis Ferrariæ 1471 (*f*), Terentianus Maurus Mediolani 1497 (*g*), Gratius Nemesianus & Calpurnius in ædibus Aldi an. 1533. in membranis impressi (*h*), Statius, & Prudentius *in usum Delphini* (*i*), & alii: de recentioribus autem, Francisci Philelphi Satyræ an. 1476 Mediolani impressæ (*k*), Typhis Odaxii Patavini Carmen Macaronicum sæc. XV. excusum (*l*), Publii Francisci Modesti Venetias (*m*), Thomæ Naogeorgii Satyræ, Regnum Papisticum, & Pammachius, Mercator, ac Pyrgopolynices, Comœdiæ tres (*n*), ut alios prætercam libros, qui est ipsi rari omnino sunt.

Ad

(*a*) n.° 4870. (*b*) n.° 4523. (*c*) n.° 4962. 4963. (*d*) n.° 5059. (*e*) n.° 4637. (*f*) n.° 4746. (*g*) n.° 4990. (*h*) n.° 4905. (*i*) n.° 4985. 4933. (*k*) n.° 5460. (*l*) n.° 5572. (*m*) n.° 5411. (*n*) n.° 5431. 5426. 5427. 5428. 5429. 5430. 7784.

Ad libros de Arte Rhetorica Historica & Poetica quod attinet, raritate præstant Cicero de Oratore a Joanne de Spira circa an. 1469 impressus (*a*), Rhetoricorum Libri ad Herennium ex editionibus Romana & Mediolanensi an. 1474 (*b*), ac ex alia quoque ejusdem circiter ætatis, absque ulla nota, neque hactenus cognita (*c*), Quintilianus Romæ an. 1470 & Venetiis 1471 impressus (*d*), Servius de Ultimis Syllabis una cum Centimetro Callii 1476 (*e*), Alberti de Eyb Margarita Poetica absque ullo indicio sæc. XV. impressa (*f*), Guillelmi Tardivi Ars Rhetorica, & Roberti Gaguini Ars metrificandi, ex editionibus Parisiensibus primæ vetustatis, (*g*) quas in Italia vix unquam videre est. Ex Philologicis libris ceu inventu perquam difficiles omnino habere par est Eustathium in Homerum ex editione Romana (*h*), Servium in Virgilium Venetiis an. 1471 & Mediolani 1475 impressum (*i*), Acronem in Horatium Medio-

(*a*) n.° 5733. (*b*) n.° 5749. 5750.
(*c*) n.° 5751. (*d*) n.° 5769. 5770.
(*e*) n.° 5792. (*f*) n.° 5809. (*g*) n.° 5837. 5812. (*h*) n.° 6287. (*i*) 6342. 6343.

diolani 1474 (*a*), Domitium Calderinum in Martialem ex duplici editione Veneta anni ejuſdem 1474 (*b*), Omnibonum Leonicenum in Lucanum itidem Venetiis excuſum an. 1475 (*c*); quemadmodum etiam Aulum Gellium Romæ an. 1469 (*d*), & Macrobium an. 1472 Jenſonii typis impreſſum (*e*), utrumque ſcilicet ex principe editione. Neque vero inter libros Hiſtoriæ Litterariæ & Bibliographiæ deſunt, qui magna ſe raritate commendent, quales omnino ſunt Lambecii Commentarii de Bibliotheca Imperiali Vindobonenſi ex prima editione (*f*), Nicolai Antonii Bibliotheca Hiſpana, cum vetus, tum nova (*g*), Joannis Hartungi Bibliotheca, ſeu Antiquitates Conſtantinopolitanæ (*h*), Wolfgangi Juſti Liber de Academiis (*i*), & alii, quos brevitatis cauſſa prætereo. Inter Grammaticorum ſcripta & Dictionaria Linguarum Theſaurus, Cornucopiæ, & Horti Adonidis editionis Aldinæ 1496 (*k*), Suidas Mediolani impreſſus an.

1499

(*a*) n.° 6300. (*b*) n.° 6382. 6383.
(*c*) n.° 6502. (*d*) n.° 6312. (*e*) n.° 6330.
(*f*) n.° 6940. (*g*) n.° 6695. 6696.
(*h*) n.° 6736. (*i*) n.° 6926. (*k*) n.° 7217.

1499 (*a*), Etymologicum Græcum magnum Venetiis anno eodem excusum (*b*), Julius Pollux Aldi 1502 (*c*), Hesychius itidem Aldi 1514 cujus exemplaria duo exstant (*d*), Diomedes aliique Grammatici Latini Jensonii (*e*), Pompeus Festus & Varro editionis Venetæ an. 1474 (*f*), Nonius Marcellus Venetiis an. 1471, & 1476 impressus (*g*), Priscianus Vindelini Spirensis an. 1470, ex qua quidem editione exemplaria duo sunt, alterum vero ex iis in membranis (*h*), Laurentii Vallæ Elegantiæ Linguæ Latinæ, Romanæ editionis & Jensonianæ an. 1471 (*i*), Demetrii Chalcondylæ Erotemata Græcæ linguæ circa an. 1493 Mediolani impressa (*k*), Guarini quoque Veronensis Erotemata ex editione celeberrima Ferrariensi anni 1509 (*l*), Joannis Crestoni Lexicon Græcum ex omnium prima editione sæc. XV. (*m*), Vocabularium Latinum & Germanicum Augustæ an. 1478 (*n*), & Ste-

(*a*) n.° 7212. (*b*) n.° 7167. (*c*) n.° 7207.
(*d*) n.° 7185. 7186. (*e*) n.° 7224.
(*f*) n.° 7226. (*g*) n.° 7232. 7233.
(*h*) n.° 7237. 7238. (*i*) n.° 7454. 7455.
(*k*) n.° 7154. (*l*) n.° 7180. (*m*) n.° 7285.
(*n*) n.° 7464.

Stephani Doleti Commentarii Linguæ Latinæ (*a*), ne alios enumerem, libri hac de re rariores plane sunt. Ad Polygraphiam vero quod pertinet, exemplaria duo integra atque adeo longe rarissima Æsopi se se offerunt, alterum ex omnium prima editione, absque ullo indicio, quæ Mediolani circa an. 1480 facta fuisse censetur, alterum ex Aldina an. 1505 (*b*); Lucianus quoque an. 1496 Florentiæ primum impressus (*c*), & ab Aldo an. 1502. & 1522 recusus (*d*), Plutarchus Aldi an. 1509 & 1519 (*e*), Xenophon ex editione Melanchthonis Basileensi an. 1540 (*f*), Jacobi Magni Sophilogium ex pervetusta editione (*g*), Joannis Antonii Campani Opera Romæ an. 1495 (*h*), Angeli Politiani ab Aldo an. 1498 (*i*), & Antonii Codri Urcei Bononiæ an. 1502 impressa (*k*), Poggii Florentini Facetiæ Mediolani 1477 (*l*), Pasquillorum Tomi duo (*m*), librique alii bene rari ad-

(*a*) n.° 7303. (*b*) n.° 7473. 7474.
(*c*) n.° 7511. (*d*) n.° 7512. 7513.
(*e*) n.° 7550. (*f*) n.° 7561. (*g*) n.° 7747.
(*h*) n.° 7682. (*i*) n.° 7805. (*k*) n.° 7684.
(*l*) n.° 7800. (*m*) n.° 7788.

adſunt. Denique Auctores inter Arabicos aliosque Orientales excellunt Joannes Meſue ex editionibus an. 1471 & 1473 (*a*), Serapio Jenſonii typis editus an. 1471 (*b*), & Directorium Vitæ Humanæ absque ulla nota ſæculo XV. impreſſum (*c*).

Poſt libros typis editos Manuſcriptorum relatio ſequitur, quorum familiam ducit Inſtrumentum longe pretioſiſſimum, in *Papyro*, anno Chriſti DLXXII. exaratum, idemque a tanta vetuſtate injuria vix affectum; ut proinde ceu ornamentum quantumvis inſigne pretioſæ cujuſcunque collectionis veterum monumentorum undequaque haberi poſſit (*d*). Codices haud multi equidem ſunt, duo ex iis tamen antiquitate præſtant, quippe ſæculo XI ſcripti ſunt; alter Sancti Auguſtini Expoſitionem in Evangelium Joannis continet (*e*), alter, majoris adhuc præſtantiæ, Longobardorum Leges habet, una cum Formulis plurimis Actorum forenſium in Regno gentis illius Italico uſu receptis, quarum etiam multo maxima pars adhuc inedita eſt (*f*); inter Codices ſæculi

(*a*) n.° 7885. 7886. (*b*) n.° 7890.
(*c*) n.° 7871. (*d*) n.° 7895. (*e*) n°. 7896.
(*f*) n.° 7897.

li XV. Breviarium Romanum exſtat, in hædinis pellibus diligentiſſime ſcriptum, & picturis elegantiſſimis auroque diſtinctis a capite ad calcem exornatum (*a*), itidemque Horatii Poemata ſunt, in membranis exarata, & picturis egregiæ admodum formæ illuſtrata (*b*); ex iis autem qui ſæculo XVI ſcripti ſunt unus Græce habet Aſclepii & Joannis Grammatici, cognomento Philoponi, Commentaria in Arithmeticam Nicomachi Geraſeni nunquam impreſſa (*c*). Admonet vero de Codicibus Manuſcriptis ſermo ut libros quoque nonnullos impreſſos eſſe animadvertam, quos inter illos referre haud abs re eſt, quod emendationibus ac notis plerumque autographis hominum eruditorum inſtructi ſint; nimirum hæ ſunt Nicolaì Sophiani in Ptolemæi Geographiam (*d*), Guillelmi Canteri in Ariſtidem (*e*), Fabii Benevolentii in Maximum Tyrium (*f*), Marci Antonii Mureti, uti quidem videtur, in Plutarchum (*g*), Salmaſii in Stobæum

(*a*) n.° 7914. (*b*) n.° 7937. (*c*) n.° 7951.
(*d*) n.° 2148. *Vide Additamenta in fine Tomi VI.* (*e*) n.° 3493.
(*f*) n.° 1285. (*g*) n.° 7551. *Vide Additamenta in fine Tomi VI.*

bæum (*a*), Nicolai Heinſii in Dionyſium Longinum (*b*), Alexandri Synclitici in Catullum Tibullum & Propertium (*c*), Roberti Creyghtoni in Apollonium Rhodium (*d*), Joannis Arcerii Petri Francii & Arnoldi Drakenborchii in Heſychium (*e*), Auguſtini Van-Stavereen in Pauſaniam (*f*), Georgii de Arnaud in Demetrium Phalereum (*g*), Petri Burmanni ſenioris in Frontinum (*h*), aliorumque anonymorum in Mercurium Triſmegiſtum (*i*), Ariſtophanem (*k*), Xenophontem (*l*), Theocritum (*m*), Anthologiam Epigrammatum Græcorum (*n*), Dionyſium Geographum (*o*), Plutarchum (*p*), Syneſium (*q*), Demetrium Phalereum (*r*) Heſychium (*ſ*), Etymologicum magnum (*t*), Virgilium (*u*), Horatium (*x*), Claudianum

(*a*) n.° 1376. (*b*) n.° 5694. (*c*) n.° 4498. (*d*) n.° 4080. (*e*) n.° 7185. (*f*) n.° 2556. (*g*) n.° 5678. (*h*) n.° 1999. (*i*) n. 1293. (*k*) n.° 7560. (*l*) n.° 4106. (*m*) n.° 4408. 4421. (*n*) n.° 4057. (*o*) n.° 2124.
(*p*) n.° 7551. *Vide Additiones in fine Tomi VI.*
(*q*) n.° 492. (*r*) n.° 1285.
(*ſ*) n. 7186. (*t*) n.° 7169. (*u*) n.° 5075.
(*x*) n.° 4569.

num (*a*), Statium (*b*), Silium Italicum (*c*), Macrobium (*d*), Vibium Sequestrem (*e*), Georgium Elmacinum, cui Erpenii annotationes adſcriptæ videntur (*f*), alioſque. Et hæc quidem ad libros Græcos & Latinos quod attinet, alioſque qui cum iis locum habent.

Inter Italicos libros multi quoque bene rari profecto ſunt, & quidem in quavis pene dixerim diſciplina. In iis, qui ad res ſacras pertinent, primum ſibi vendicat locum elegans Bibliorum an. 1471 Venetiis excuſorum exemplar, cujus in fine Sixtus V. P. M. dum Inquiſitoris hæreticæ pravitatis munere Venetiis fungeretur, ipſius interpretationis uſum ſe permiſiſſe manu propria adſcripſit (*g*); ſequuntur deinde Sancti Auguſtini opus de Civitate Dei abſque ulla nota ſæculo XV. impreſſum (*h*), Sancti Gregorii Magni Moralia in Job Florentiæ an. 1486 (*i*), ejuſdem Dialogi ex duplici editione Veneta an. 1475 (*k*), Sanctæ Catha-

(*a*) n.° 4535. (*b*) n.° 4974. (*c*) n.° 4963.
(*d*) n.° 6336. (*e*) n.° 2146. (*f*) n.° 7873. *Vide Additiones in fine Tomi VI.*
(*g*) n.° 1. (*h*) n.° 29. (*i*) n.° 43.
(*k*) n.° 45. 46.

tharinæ Senenſis Dialogus (*a*), Sanctæ Catharinæ Bononienſis Opuſculum ſpirituale (*b*), Dominici Cavalchæ *Il Pungilingua*, & Speculum Crucis (*c*), nec non Quadriga Spiritualis (*d*), libri omnes abſque ulla nota, ſed ex perelegantibus minimeque obviis ſæc. XV editionibus, Philippi Melanchthonis Hypotypoſes Theologicæ, liber celeberrimus, ſemel, quantum conſtat, impreſſus (*e*), opus inſcriptum *Il Fiore novello della Bibbia Sacra*, an. 1476 Venetiis typis editum (*f*), & Nationis Germanicæ Gravamina centum adverſus Romanam Curiam (*g*): in iis autem qui ſcientias diſciplinaſque profanas complectuntur, ſe ſe pulcherrime in conſpectum dant exemplaria duo libri jam celeberrimi *Decor Puellarum* inſcripti (*h*), quorum priori opuſcula duo ex eadem editione accedunt, *Gloria Mulierum*, & *Parole divote dell' Anima innamorata di Gesù Criſto* inſcripta (*i*), Plinii Hiſtoria Naturalis ex interpretatione Chriſtophori Landini, an. 1476 Jenſonii typis edita (*k*), Joannis

(*a*) n.° 82. (*b*) n.° 81. (*c*) n.° 92. 88.
(*d*) n.° 170. (*e*) n.° 166. (*f*) n.° 724.
(*g*) n.° 753. (*h*) n.° 248. 249. (*i*) n.° 248.
(*k*) n.° 416.

Mesue Consolatio Medicinarum simplicium solutivarum Florentiæ sæc. XV excusa (*a*), Petri Crescentii Ruralium Commodorum opus Florentiæ 1478 (*b*), Gabrielis Capilistii Iter in Terram Sanctam sæculo XV. absque ulla nota, fortasse tamen Perusiæ, excusum (*c*), Francisci Marcolini Liber Sortium ex antiqua & genuina editione (*d*), libri non pauci de Architectura, Pictura, & Sculptura, Vitruvii nimirum Italice redditi, Palladii, Scamotii, Vignolii, aliorumque præcipuorum auctorum, ex omnium optimis, editionibus. Historicos inter, tum raritate, tum vero etiam celebritate, eminent Sancti Isidori Chronicon in Civitate Austriæ an. 1480 impressum (*e*), Francisci Petrarchæ Vitæ Virorum illustrium Poliani 1476 (*f*), ejusdemque Vitæ Pontificum & Imperatorum Florentiæ 1478 (*g*), Historia Alexandri Magni Tarvisii 1477 (*h*), Leonardi Aretini Bellum Punicum absque ulla nota, sæculo tamen XV. excusum (*i*), necnon ejusdem Historia Florentina Venetiis an. 1473, una cum Historia itidem Floren-

(*a*) n.° 407. (*b*) n.° 396. (*c*) n.° 687.
(*d*) n.° 265. (*e*) n.° 919. (*f*) n.° 937.
(*g*) n.° 934. (*h*) n.° 818. (*i*) n.° 868.

rentina Poggii Venetiis 1476 (*a*), Corii Hiſtoria Mediolanenſis ex editione principe Mediolani 1503, (*b*), Machiavellii Hiſtoria Florentina Florentiæ 1534 (*c*), Cremona ab Antonio Campo illuſtrata ex editione Cremonenſi 1584 (*d*), Benevenuti de Sancto Georgio Chronicon Montisferrati ex prima editione Caſalenſi an. 1639 (*e*), Vincentii Soliti Hiſtoria Termularum (*f*), Joſephi Donzellii Parthenope liberata (*g*), quibus aliæ Italiæ Hiſtoriæ non minoris pretii accedunt.

Ut vero Orationes & Epiſtolas prætercam, in quibus non deſunt quæ cum laude referri poſſent, Poetarum libri raritate præſtantes quam ingenti numero non ſe ſe ſane offerunt? Dantis Aligerii Comœdia ex editione Fulginate omnium prima (*h*), nec non ex duabus aliis, Vindelini Spirenſis, & Nicolai Alemanni (*i*), Facii de Ubertis *Il Dittamondo* ex impreſſione Vicetina an. 1474 (*k*), Friderici de Frezzis Quadrire-

 gium

(*a*) n.° 1582. (*b*) n.° 1151. (*c*) n.° 1310. (*d*) n.° 1098. (*e*) n.° 1479. (*f*) n.° 1496. (*g*) n.° 1186. (*h*) n.° 1910. (*i*) n.° 1911. 1913. (*k*) n.° 2042.

gium an. 1481 Perusiæ excusum (*a*); Francisci Berlingerii Geographia (*b*), & Ovidius de Arte amandi (*c*), libri duo absque ulla nota sæc. XV. impressi, Benedicti Cæsenatis Poema de Honore Mulierum (*d*), Ludovici Areosti Orlandus Furens ex editione Bladi (*e*), æque ac ex Veneta anni 1584 cum tabulis omnibus a Hieronymo Porro sculptis (*f*) Matthæi Bandellii Cantica undecim (*g*), Boccaccii Narrationes facetæ centum a Vincentio Brugiantino carmine redditæ (*h*), Francisci Bernii Amores Orlandi ex editionibus Venetis annor. 1541. & 1545 (*i*), ac Aloysii Pulcii Poema de Morgante an. 1546 Venetiis impressum (*k*), inter Poemata eminent: itidemque inter ceteros versificatorum libros Petrarchæ Carmina an. 1470 Venetiis a Vindelino Spirensi primum typis edita (*l*), eademque ex alia ejusdem propemodum antiquitatis editione (*m*), ac ex Veneta an. 1473, ex qua qui-

(*a*) n.° 1959. (*b*) n.° 1863. (*c*) n.° 2071. *a*. (*d*) n.° 1889. (*e*) n.° 1835. (*f*) n.° 1851. (*g*) n.° 1860. (*h*) n.° 1883. (*i*) n.° 1864. 1865. (*k*) n.° 2002. (*l*) n.° 2350. (*m*) n.° 2351.

quidem exemplaria tria adſunt (*a*), Juſti de Comitibus Carmina *La Bellamano* inſcripta, ex editione Bononienſi an. 1472, & Pariſienſi 1595 (*b*), Epigrammata Burchiellii a Chriſtophoro Arnoldo circa an. 1472 excuſa (*c*), Joannis Antonii Romanellii Veronæ circa idem omnino tempus (*d*), Bernardi Bellincionii Mediolani 1493, ex qua editione exemplaria duo ſunt (*e*), nec non Matthæi Franchi & Aloyſii Pulcii Epigrammata abſque ulla nota (*f*), Caritæi Opera Neapoli an. 1509 impreſſa (*g*), Aloyſii Cynthii Fabricii opus de origine Proverbiorum vulgarium (*h*), Bernii aliorumque Carmina ludicra Florentiæ an. 1548 & 1555 (*i*), Cantica Bacchanalia ibidem an. 1559 impreſſa (*k*), ac Ovidii etiam Epiſtolæ abſque ullo indicio, ſæculo tamen XV. typis editæ (*l*): quibus exemplar accedit Carminum Antonii Friderici Seghetii, in membranis impreſſum, pi&turiſque elegantiſſimis exor-

(*a*) n.° 2352. 2353. 2354. (*b*) n.° 2229. 2230. (*c*) n.° 2178. (*d*) n.° 2439.
(*e*) n.° 2135. 2136. (*f*) n.° 2272.
(*g*) n.° 2201. (*h*) n.° 2259. (*i*) n.° 2157.
(*k*) n.° 2189. (*l*) n.° 2542.

natum (*a*). Drammatum ingens non modo copia adest, verum haud pauca in iis eximiæ quoque raritatis; inter Comœdias nimirum, Jacobi Nardi Amicitia (*b*), Alphonsi Guarini *Lo Sposalizio* (*c*), Ludovici Areosti *Il Negromante* an. 1535 Venetiis *in quarto* impressus (*d*), Petri Aretini Philosophus ex antiquis impressionibus (*e*), ejusdemque *Il Marescalco* ex Veneta an. 1533 *in quarto* (*f*), Nicolai Machiavellii Clitia & Mandragora Florentiæ an. 1537 & 1553 typis editæ (*g*), Jordani Bruni *Il Candelajo* (*h*), aliæque multæ: quibus Comœdiæ rusticales plures accedunt, omnes perraræ, præsertim vero Francisci Bernii Catrina an. 1567 Florentiæ impressa (*i*). Fabulas inter Romanenses magna se raritate commendant Boccaccii *La Fiammetta* ex editione Patavina an. 1472 (*k*), ac ex alia quoque fortasse antiquiore sine ulla nota (*l*), Boccaccii ejusdem Philocolus Venetiis an. 1472 im-

(*a*) n.° 2479. (*b*) n.° 2976. (*c*) n.° 2926.
(*d*) n.° 2790. (*e*) n.° 2771. 2772.
(*f*) n.° 2775. (*g*) n.° 2958. 2960.
(*h*) n.° 2825. (*i*) n.° 3099. (*k*) n.° 3251.
(*l*) n.° 3250.

impressus (*a*), Guerinus *il Meschino* Tarvisii 1477 (*b*), & Polyphili Hypnerotomachia an. 1499 ab Aldo primum edita, ex qua quidem editione exemplaria duo adsunt, alterumque ex iis in membranis splendidissime impressum (*c*). Narrationes facetæ, quæ *Novelle* appellari solent, minime desunt, immo vero rariores quæ sunt; scilicet Boccaccii *Il Decamerone* ex tribus celeberrimis editionibus, Veneta an. 1516, Nicolao Delphino curante, Aldina an. 1522, &, quæ multo duabus iis præstat, Florentina an. 1527 (*d*), Joannis Florentini *Il Pecorone* Mediolani 1558 excusus (*e*), Joannis Sabadini de Arientis Narrationes Porrectanæ Bononiæ 1483 (*f*), Matthæi Bandellii Narrationes ex prima editione (*g*), Marci Mantuæ Benavidii tres aliæ (*h*), Justiniani Nellii duæ longe rarissimæ (*i*), unaque Joannis Baptistæ Utinensis (*k*): idemque quoad Dialogos festivos attinet, aliaque ejuscemodi opera prosa oratione conscripta di-

(*a*) n.° 3258. (*b*) n.° 3269. (*c*) n.° 3270. 3271. (*d*) n.° 3290. 3292. 3293.
(*e*) n.° 3323. (*f*) n.° 3283. (*g*) n.° 3284.
(*h*) n.° 3346. (*i*) n.° 3342. (*k*) n.° 3322.

dicendum, in quibus excellunt Leonis Baptiſtæ Alberti Deiphira an. 1471 impreſſa (*a*), Dialogus *della bella Creanza delle Donne* ex editionibus antiquis (*b*), Petri Aretini Dialogi (*c*), Antonii Cornazani Proverbia (*d*), & Joannis Baptiſtæ Gellii *Li Capriccj del Bottajo* ex editione Florentina ann. 1548 & 1551 (*e*): ac demum inter Opera Varia pulcherrimum locum tenent Æſopi Fabulæ Neapoli an. 1485 editæ (*f*), Machiavellii Opera an. 1531–32 Romæ a Blado impreſſa (*g*), & Mahumetis Alcoranus Italice redditus ex unica, quantum conſtat, editione Veneta anni 1547 (*h*). Ex Codicibus quoque Manuſcriptis nonnulli exſtant, quos in pretio habere par eſt; exemplar ſcilicet elegans Comœdiæ Dantis Aligerii (*i*), Philenii Galli (*k*), & Lydii Catti Carmina (*l*), Titi Livii Hiſtoriarum Decas prima ex antiqua interpretatione Etruſca (*m*), & Gratioſi Benincaſæ Anconitani Ta-

(*a*) n.° 3357. (*b*) n.° 3409. 3410. 3411.
(*c*) n.° 3363—3368. (*d*) n.° 3383.
(*e*) n.° 3394. 3397. (*f*) n.° 3885.
(*g*) n.° 3849. (*h*) n.° 3891. (*i*) n.° 3893.
(*k*) n.° 3897. (*l*) n.° 3898. (*m*) n.° 3900.

Tabulæ Nauticæ an. 1463 exaratæ (*a*); quibus equidem adjungere eſt libros nonnullos typis editos, annotationibus tamen doctorum virorum illuſtratos, ac præſertim Dantis Comœdiam & Petrarchæ Carmina cum notis Joannis Brevii autographis (*b*), hæc autem poſtrema annotationibus quoque duorum ſine nomine auctorum referta (*c*), Burchiellii Epigrammata a Jacobo Corbinellio recenſita (*d*), & Dominici Venerii Carmina ab ipſomet auctore emendata (*e*). Neque libri rariſſimi deſunt inter Gallicos, Anglicos, & Hiſpanicos, quos, brevitatis ſtudio, ſilentio prætereo.

At vero ſi Bibliothecam hanc longe pretioſiſſimam ex eo eſſe conſtat, quod multos eximiæ raritatis libros in quavis fere ſcientia ipſa contineat; non ſane parvi eandem facere oportet, ob nonnullas librorum collectiones, quæ nonniſi magno ſtudio, multaque cum difficultate fieri conſuevere, eidem vero inſunt; Auctores nimirum Claſſicos *cum notis variorum in* 8.° ac ex editio-

(*a*) n.° 3905. (*b*) n.° 1918. 2362.
(*c*) n.° 2353. 2354. (*d*) n.° 2180.
(*e*) n.° 2246.

tionibus *in usum Delphini*, & ex iis quas *Maittairius* fecit; interpretationes Italicas veterum utriusque linguæ Historicorum, quas *Collane Greca e Latina* nuncupare mos est; libros ceu optimos textus allatos in Dictionario Italico Academicorum *della Crusca*; ac eos quoque qui a typographis celebrioribus impressi sunt: quas equidem collectiones vel jam perfecerat Pinellius, vel ab eo prope aberat ut omnino perficeret.

Quod ad antiquiora artis typographicæ opera pertinet, magna eorum vis se se plane offert. Tot atque tales adsunt libri sæculo XV. impressi, quot qualesve apud homines privatos perquam raro reperire licet; idcirco opportunum esse duxi Indicem ipsorum chronologicum in Tomo quinto exhibere, quo plerisque iis, qui ejuscemodi libris conquirendis operam nunc impendunt, facillime innotescere possint. Hos inter antiquitatum rei typographicæ studiosi nedum esse multos cognoscent a typographis præstantioribus impressos, a Fust nimirum & Schoyffer, Sweynheym & Pannartz, Joanne & Vindelino Spirensibus, Nicolao Jensonio, inter suæ ætatis typographos incomparabili, Martino de Septem Arboribus, Stephano Corallo, Antonio Zaroto, Philip-

po

po de Lavagnia, Nicolao Alemanno, Antonio Mifcomino, aliifque; verum perfæpe libri fummæ raritatis iifdem occurrent, immo vero vix noti, quod admodum pauca exemplaria antiquitus imprimerentur, ut nemo nefcit: nonnunquam præterea libros reperire licebit, ex quibus vel nova, vel luculentiora monumenta fuppetent de typographiæ initio in civitatibus locifve nonnullis Italiæ; nimirum Cremonæ, in Civitate Auftriæ, Callii, in Monteregali, Nozani, ac fortaffis etiam Perufiæ; quos equidem libros Index alius oftentat, ad finem ejufdem Tomi quinti pofitus, librorum omnium qui ante alios Pinellianos in fingulis civitatibus excufi funt. Neque ulla ratione filentio prætermittendum eft, poft tam multos hominum eruditiffimorum labores in Auctoribus Claffìcis recenfendis atque illuftrandis infumptos, in his iifdem libris aliquos exftare, quos in editionibus recens factis adhibitos fuiffe minime conftet, atque adeo pro iis quæ deinceps fient, conferri, operæ pretium fit; Homeri videlicet Batrachomyomachiam abfque ulla nota impreffam, Terentium ab Antonio Moreto recenfitum, Virgilium ac Tibullum abfque ulla nota editos, Manilium Neapoli fine anni indicio excufum, ac Cicero-

ceronis Epiſtolas ad Familiares editionis Mediolanenſis anni 1472. De vetuſtis autem hiſce libris illud quoque adjiciam, eos maxima ex parte optime conſervatos eſſe, ac multos etiam picturis aureiſque ornamentis diſtinctos; cum omnem curam adhibere Pinellius conſueverit, ut quam pulcherrima poſſet exemplaria ſibi compararet: ſi vero nonnulla in quibuſdam folia calamo ſuppleta ſunt, hæc ad impreſſionis formam uſque adeo accedunt, vix ut diſcernere liceat, num typis impreſſa, vel manu ſcripta fuerint.

Librorum a typographis celebrioribus deinceps editorum, quos colligere atque in ſeries quaſdam tribuere jam in morem venit, ingens equidem numerus adeſt; cum typographi tantum gratia interdum Pinellius libros acquireret. Manutiorum itaque, de quibus tam præclara fama eſt, libros jam ab anno 1494 impreſſos reperire licet, nimirum Conſtantini Laſcaris Grammaticam Græcam ab Aldo ſeniore emiſſam (*a*); quam libri excipiunt ab eo, & Paullo ac Antonio ejuſdem filiis, & Aldo nepote impreſſi; in iiſque extremum locum tenet Vincentii Pri-

boe-

(*a*) n.° 7191.

bœvi Oratio Italice reddita de Origine Slavorum an. 1595 excusa (*a*). Inter eos qui a Stephanis, maxima utique cum laude, impressi sunt, potiorem antiquitate locum sibi vindicant Aristotelis Politici libri atque Œconomici, qui Henrici senioris opera an. 1506 prodiere (*b*): ii sequuntur, quos Robertus, Henricus ejusdem filius, immortalis memoriæ vir, Franciscus, Carolus, Franciscus junior, Robertus itidem junior, Paulus, Robertus tertius, & Antonius excuderunt, usque ad Opera Dionysii Areopagitæ an. 1644 impressa (*c*). Quamplurimi demum libri accedunt a Calliergio, a Juntis, a Blado, a Colinæo, a Morellio, a Turnebo, a Vascosano, a Rovillio, ab Oporino, a Frobenio, a Jolito, a Valgrisio, a Torrentino, a Cramoysio, ab Elzeviriis, a Blaeu, ab Hackiis, a Tonson, a Bowyer, a Comino, a Knapton & Sandby, a Foulis, a Barbou, a Baskerwille, a Brindley, a Didot, a Bodonio impressi, itidemque ab aliis ejuscemodi typographis, qui ob eximiam

(*a*) n.° 3305. *Librorum Latinorum*
(*b*) n.° 1116. (*c*) 358. *Vide Maittaire Annal. Typograph.* T. III. p. 906.

miam in libris cudendis operam positam, nomen jam assecuti sunt.

Neque vero hoc loco prætermittam, inter hos ipsos libros Pinellianos *septem ac septuaginta* esse, splendide *in membranis impressos*; cujus generis libros nemo est qui nesciat, a βιβλιοφίλοις cupidissime conquiri, ac eximio Bibliothecarum ornamento esse. Horum quidam omnimode præstant; Biblia scilicet Poliglotta Ximenii Cardinalis studio edita, de quibus jam facta mentio est, Psalterium a Sancte Pagnino Latine redditum, Guillelmi Durandi Rationale Divinorum Officiorum Moguntiæ an. 1459 impressum, Justiniani Institutiones ibidem 1468, Prisciani Opera Venetiis 1470, Aristotelis Tractatus varii Venetiis an. 1483 tribus in folio Tomis, M. Antonii Sabellici Rerum Venetarum Libri Venetiis 1487, Anthologia Epigrammatum Græcorum Florentiæ 1494, & Polyphili Hypnerotomachia Venetiis 1499, ut de aliis taceam, tum antiquis, tum recentioribus; cum ejusmodi quoque librorum Indicem ad finem Tomi quinti seorsum addiderim.

Bibliothecæ tam multis, tamque raris libris vario in litterarum genere instructæ Indicem ea methodo conficere, quæ rei libra-

riæ

superius folio, quod titulum habet, verso, Diploma Pontificis continet charactere Romano impressum, cujus initium: *Exemplum privilegii. Motu proprio* &c. & in eo nulla Canonum Concilii Tridentini mentio fit: exemplar vero hoc Privilegium Pontificis charactere *cursivo* impressum habet, quod ita incipit: *Motus proprius Pii IIII. Pont. Max.* aliis atque aliis verbis constat, & in eo Canonum Concilii Tridentini mentio quoque est. Hanc exemplaris utriusque differentiam dum animadverto, fit ut existimem Canones Concilii Tridentini eodem an. 1564. Romæ a Paulo Manutio ter impressos fuisse; cum in Bibliotheca Regia Parisiensi exemplar quoddam sit numero 1054. signatum (*Theologie Prem. Part. p.* 272.) in quo anni nota in libri fronte ita scripta est *MDLXIV.* numeri chartarum Arabici sunt, non Romani, quemadmodum in utroque hoc exemplari Pinelliano; Bullam quoque Confirmationis ac Indicem rerum litteræ X idem contineat: quæ duo ab exemplaribus Pinellianis absunt. Juxta vero Guillelmum Burium in Catalogo Librorum Ducis de la Valliere n. 347. (*Suppl.*) exemplaria quædam sunt in quibus manifeste *Editio Secunda* impressum est.

Ad libri tamen hujus Pinelliani commendationem illud potissimum facit, quod folio 239. ver-

verſo, ſubſcriptiones autographæ ſint unius qui a Secretis Concilii erat, ac duorum qui eidem erant ab Actis, quique ſigna ſua etiam impreſſere, quo huic exemplari fides accederet. Porro ſubſcriptiones hæ, magnum quæ libri pretium efficiunt, ita ſe habent:

Nos Sacri Oecumenici & Generalis Concilii Tridentini Secretarius & Notarii infraſcripti Decreta ipſius Sacri Concilii præſenti volumine contenta cum originalibus contulimus, & quia cum eis concordare reperimus, Ideo hic in fidem manu propria ſubſcripſimus.

Ego Angelus Maſſarellus Epiſcopus Theleſinus Sacri Concilii Tridentini Secretarius ✠.

L. ✠. S. *Ego Marcus Antonius Peregrinus Clericus Comenſis Sacri Concilii Tridentini Notarius.*

L. ✠ S. *Ego Cynthius Pamphilus Clericus Camerinenſis Diœceſis Sacri Concilii Tridentini Notarius.*

294 Canones & Decreta Sacroſancti Oecumenici & Generalis Concilii Tridentini. *Romæ, apud Paulum Manutium*, 1564. *in* 8.° *lig. antiq.*

Exemplar elegantiſſimum, IMPRESSUM IN MEMBRANIS, chartis deauratis, olim *Nicolai Sfondrati* Epiſcopi Cremonenſis & S. R. E. Car-

Cardinalis, cujus insigne gentilitium in libri integumento utraque ex parte impressum est: fuit vero Sfondratus unus ex Patribus, qui Concilio Tridentino adfuere.

295 —— Aliud Exemplar ejusdem Editionis, *charta cærulei coloris impressum*.

296 Canones & Decreta Sacrosancti Concilii Tridentini. *Venetiis*, *Aldi fil.* 1564. *in* 8.° *lig. bol.*

297 Canones & Decreta ejusdem Concilii. *Venetiis*, *Aldi fil.* 1565. *in* 8.° *lig. bol.*

298 Canones & Decreta ejusdem Concilii. *Venetiis*, *Aldi fil.* 1569. *in* 8.° *lig. bol.*

299 Canones & Decreta ejusdem Concilii, edente Philippo Chifletio. *Coloniæ*, 1644. *in* 12.°

300 *a.* Canones & Decreta ejusdem Concilii, Græce reddita a Matthæo Devario. *Romæ*, *apud Franciscum Zanettum*, 1583. *in* 8.° *lig. bol. cb. deaur.* — *Exemplar pulcherrimum*.

301 *b.* Orationes habitæ in Concilio Tridentino, & alia ad ipsum spectantia, *in* 4.° *lig. bol.* — *Scilicet*

Index Orationum ac Concionum habitarum ad Patres Concilii Tridentini sub Pio IV. *Brixiæ*, 1562.

Ca-

Catalogus Patrum in Conc. Trid. præsentium an. 1563. *Brixiæ*, 1563.

Catalogus Legatorum, Patrum, Oratorum, Theologorum, qui a principio usque in hodiernum diem, ad Conc. Trid. convenerunt. *Brixiæ*, 1563.

Zannelli Vincentii Silva de Concilio Tridentino & omnibus Patribus in eo congregatis. *Ripæ Trident.* 1563.

Caroli Gallorum Regis Litteræ ad Concil. Trid. cum Oratione habita a Cardinale Lotharingiæ Regis ejusdem Oratore, & Responsione Concilii. *Brixiæ*, 1562.

Ejusdem Regis Litteræ ad Concil. cum Oratione* Raynaldi Ferrerii ejusdem Regis Oratore, & Resp. Concilii. *Brixiæ*, 1563.

Fabri Guidonis Oratoris Regis Galliarum Oratio ad Concil. & Responsio. *Brixiæ*, 1562.

Brugoræ Galeatii Oratio ad Concil. nomine Marchionis Piscariæ Regis Catholici Oratoris, & Responsio Conc. *Ripæ*, 1562.

Strozii Joannis Oratio ad Concil. pro Cosmo Duce Florentiæ, & Concil. Responsio. *Ripæ*, 1562.

Oratio habita ad Concil. nomine Sebastiani Portugalliæ Regis, & Responsio Concil. *Ripæ*, 1562.

Drascovitii Georgii Oratio ad Concil. pro Fer-

Ferdinando Imp. & Rege Hungariæ, & Responſio Concil. *Ripæ*, 1562.

Oratio habita ad Concil. ab Oratore Alberti Ducis Bavariæ, & Reſponſio Concil. *Ripæ*, 1562.

Fratris Diamantis Ord. Heremitarum Oratio ad Concil. nomine ſeptem Cantonum Helvetiorum Catholicorum, & Reſponſio Concil. *Ripæ*, 1562.

Duditii Sbardellati Andreæ Orationes duæ ad Concil. nomine Prælatorum totiuſque Cleri Hungariæ. *Brixiæ*, 1562.

a Foſſo Gaſparis Oratio ad Concil. de Eccleſiæ auctoritate & imitandis Apoſtolis. *Brixiæ*, 1563.

Fr. Eugenii Piſaurenſis Oratio ad Concil. in Dominica tertia Adventus. *Brixiæ*, 1563.

Caballi Fr. Seraphini Oratio ad Concil. De Chriſto judice lætis animis expectando. *Brixiæ*, 1563.

Vicedomini Fr. Franciſci Concio ad Concil. De duplici Myſterio, abominationis uno, deſolationis altero. *Brixiæ* 1562.

de Paya d' Andrade Didaci Concio ad Concil. habita Dominica ſecunda poſt Paſcha. *Brixiæ*, 1562.

Furnieri Roberti Concio ad Concil. de Chriſto circumciſo. *Brixiæ*, 1563.

Fontidonii Petri Concio ad Concil. habita Dominica SS. Trinitatis. *Brixiæ*, 1562.

—— Concio ad Concil. die B. Hieronymi. *Brixiæ*, 1562.

Ferrantii Cæſaris Oratio ad Concil. habita in feſto S. Joannis Evangeliſtæ, *Brixiæ*, 1562.

Loſcos Auguſtini Oratio habita ad Concil. die S. Gregorii. *Brixiæ*, 1562.

a Zamora Franciſci Oratio ad Concil. habita Dominica ſecunda Quadrageſimæ. *Patavii*, 1562.

Favonii Petri Sermo ad Concil. habitus in die Pentecoſtes. *Brixiæ*, 1562.

Belcarii Franciſci Oratio ad Concil. de Victoria, qua Carolus IX. Galliarnm Rex rebelles cauſam Religionis prætexentes ingenti clade ſuperavit. *Brixiæ*, 1562.

Cardilli Villalpandei Gaſparis Oratio ad Concil. Quod non ſit laicis Calix permittendus. 1562.

Beniami Fr. Maximiani Oratio ad Concil. habita in ſecunda Dominica Adventus. *Ripæ*, 1562.

Fonſeca Joannis Oratio ad Concil. habita Feria ſexta in Paraſceve. *Patavii*, 1562.

Ferri Fr. Angeli Oratio ad Concil. habita

bita

bita Dominica tertia Quadragesimæ. *Ripæ*, 1562.

Baphii Fr. Bartholomæi Oratio ad Concil. habita Dominica secunda Adventus. *Brixiæ*, 1562.

Lombardi Jo. Francisci Oratio ad Concil. habita in die S. Stephani Protom. *Brixiæ*, 1562.

Masii Fr. Theodori Oratio ad Concil. habita Dominica quarta Quadragesimæ. *Brixiæ*, 1562.

Guidelli Pauli Oratio ad Concil. habita in festo SS. Innocentium. *Brixiæ*, 1562.

Cardilli Villalpandei Gasparis Oratio ad Concil. de nomine Jesu. *Expensis Philippi de Salis*, 1563.

Morcati Petri Sermo ad Concil. habitus Dominica quarta post Pentecosten. *Ripæ*, 1562.

Campegii Laurentii S. R. E. Cardinalis & Legati de latere in Germaniam Constitutio ad removendos abusus & Ordinatio ad Cleri vitam reformandam, anno 1523. Ratisbonæ edita. *Ripæ*, 1562.

302 Acta Concilii Tridentini anno MDXLVI. celebrati, una cum Annotationibus piis & lectu dignissimis. Item Ratio, cur qui Confessionem Augustanam profitentur, non

non esse assentiendum Concilii Tridentini Sententiis judicarunt, per Philippum Melanchthonem. *Absque loci ac typographi nota*, 1546. *in* 8.°

303 Sirmondi Jacobi Concilia antiqua Galliæ simul edita. *Parisiis*, *Cramoisy*, 1629. *T. III. in f.° lig. gal.*

304 Synodi Mediolanensis Provincialis Constitutiones & Decreta. *Venetiis*, *Aldi fil.* 1566. *in* 8.° *lig. hol.*

305 Synodus Hierosolymitana adversus Calvinistas hæreticos, Orientalem Ecclesiam de Deo rebusque divinis hæretice, ut sentiunt ipsi, sentire mentientes, pro reali potissimum præsentia an. 1672. celebrata, Gr. Lat. interprete M. F. Mon. S. Mauri. *Parisiis*, 1678. *in* 8.° *lig. hol.*

306 Vigilii Papæ Epistola Decretalis pro confirmatione Quintæ Synodi Oecumenicæ, Eutychii Epistola ad Vigilium, cum Vigilii Rescripto, & Anathematismi V. Synodi, Gr. Lat. cum Dissertatione Petri de Marca. *Parisiis*, 1642. *in* 8.°

307 Wilkins Davidis Concilia Magnæ Britanniæ, olim ab Henrico Spelman edita, nunc illustrata. *Londini*, 1737. *T. IV. in f.°*

SS.

S.S. PATRES

GRÆCI

308 Æneæ Gazæi, & Zachariæ Mitylenæi De Immortalitate Animæ, & Mortalitate Universi, a Caspare Barthio, Gr. Lat. *Lipsiæ*, 1655. *in* 4.° *lig. hol.*

309 Æneæ Gazæi De immortalitate animorum, deque corporum resurrectione, ex versione Latina Ambrosii Camaldulensis. *Venetiis*, 1513. *in* 8.° *lig. hol.*

310 SS. Amphilochii Iconiensis, Methodii Patarensis, & Andreæ Cretensis Opera, a Francisco Combefisio, Gr. Lat. *Parisiis*, 1644. *in f.*° *lig. gal.*

311 S. Anastasii Sinaitæ Contemplationum in Hexæmeron Liber XII. Gr. Lat. *Londini*, 1682. *in* 4.°

312 S. Athanasii Opera omnia, Gr. Lat. *Parisiis*, 1627. *T. II. in f.*° *lig. hol.*

313 —— Eadem, a Bernardo de Montfaucon Mon. S. Mauri, Gr. Lat. *Parisiis*, 1698. *T. III. in f.*° *lig. hol.*

314 —— Contra Gentiles Orationes quatuor, interprete Omnibono Leoniceno. *Vincentiæ, Leonardus Basileensis*, 1482. *in f.*°

315 S. Athanasii Commentarius in Epistolas Pauli, Latine redditus a Christophoro Persona. *Romæ*, *Udalricus Gallus*, 1477. *in f.°*

316 —— Commentarius in Psalmos, interprete Joanne Reuclino. *Tubingæ*, 1515. *in* 4.° — *Accedunt*

Felini Aretii (Martini Buceri) Psalmorum Libri V. ad Hebraicam veritatem versi & familiari explanatione elucidati. *Argentorati*, *Georgius Ulricherus Andlanus*, 1529. *in* 4.°

Savonarolæ Hieronymi Meditatio in Psalmos *Miserere*, & *In te Domine speravi*. *Wittembergæ*, 1523. *in* 4.°

317 Athenagoræ Legatio pro Christianis & De Resurrectione Mortuorum, cum notis Conradi Gesneri & Henrici Stephani, Gr. Lat. *Typis Henr. Stephani*, 1557. *in* 8.°

318 —— Eadem, a L. A. Rechenbergio, Gr. Lat. *Lipsiæ*, 1685. in 8.° — *Acced.*

Clementis Alexandrini Operum Supplementum, a Thoma Ittigio, Gr. Lat. *Lipsiæ*, 1700. *in* 8.° *lig. bol.*

319 Athenagoræ Legatio, & de Resurr. Mort. cum not. var. ab Eduardo Dechair, Gr. Lat. *Oxonii*, *Theat. Sheldon.* 1706. *in* 8.° *lig. bol.*

320 —— De Resurrectione Mortuorum, Gr.

Gr. *Lugduni Batav. ex Officina Plantiniana*, 1588. *in* 8.°

321 S. Barnabæ Epiſtola, ab Hugone Menardo, Gr. Lat. *Pariſiis*, 1645. *in* 4.° *lig. bol.*

322 —— Eadem; accedit Hermæ Paſtor, ab Eduardo Bernardo, Gr. Lat. *Oxonii, Theat. Sheldon.* 1685. *in* 12.° *lig. angl.*

323 S. Baſilii Magni Opera omnia, Gr. Lat. *Pariſiis, Cramoiſy*, 1638. *T. III. in f.*° *lig. angl.*

324 —— Eadem, a Juliano Garnier Mon. S. Mauri, Gr. Lat. *Pariſiis, Coignard*, 1721-30. *T. III. in f.*° *lig. bol.*

325 —— Opera quædam, ſcilicet Ethica, Regula ſeu Aſcetica, De Virginitate Contra Eunomium, Sermones & Epiſtolæ, Gr. *Venetiis, Stephanus de Sabio*, 1535. *in f.*° — *Exemplar nitidiſſimum.*

326 —— Orationes XXIIII. de Moribus, ſelectæ a Simeone Magiſtro ac Logotheta, Gr. *Pariſiis, Morelius*, 1556. *in* 8.°

327 —— Eædem, Gr. & Lat. ex verſione Stanislai Ilovii. *Francofordiæ*, 1611. *in* 8.°

328 S. Baſilii M. Homilia de Invidia, Gr. & Lat. ex verſione Danielis Augentii. *Pariſiis, Morellus*, 1586. *in* 4.°

329 S. Baſilii M. & Gregorii Nazianzeni

Epiſtolæ nunquam antea editæ, Gr. *Haganoæ*, 1528. *in* 8.°

330 SS. Baſilii M. Gregorii Nyſſeni, Gregorii Nazianzeni, Joannis Chryſoſtomi, Cyri Germani Homiliæ, a Davide Hœſchelio, Gr. *Auguſtæ*, 1587. *in* 8.°

331 S. Baſilii Seleucienſis Opera, Gr. *In Bibliopolio Commeliniano*, 1596. *in* 8.° *lig. bol.*

332 —— De Vita S. Theclæ Libri II. adjecto Simeonis Metaphraſtæ Commentario de eadem, a Petro Pantino, Gr. Lat. *Antuerpiæ*, *Plantinus*, 1608. *in* 4.°

333 Clementis Alexandrini Opera omnia, a Petro Victorio, Gr. *Florentiæ*, *Torrentinus*, 1550. *in f.° lig. bol.* — EDITIO PRINCEPS, *Exemplar nitidiſſimum, veluti recens e prelo*.

334 —— Eadem Latine, a Gentiano Herveto. *Florentiæ*, *Torrentinus*, 1551. *in f.°*

335 —— Eadem denuo emendata, cum notis Danielis Heinſii & Friderici Sylburgii, Gr. Lat. *Pariſiis*, *typis Regiis*, 1641. *in f.° lig. angl.*

336 —— Eadem juxta editionem præcedentem recuſa. *Coloniæ*, 1688. *in f.° lig. bol.*

337 —— Eadem, a Joanne Pottero, Gr. Lat. *Oxonii*, *Theat. Sheldon.* 1715. *T. II. in f.° lig. gal.*

338

338 S. Clementis Romani Epistola ad Corinthios, a Patricio Junio, Gr. Lat. *Oxonii*, *1633. in 4.° lig. angl.*

339 —— Epistolæ duæ ad Corinthios, Gr. Lat. interpretibus Patricio Junio, Gottifredo Vendelino, & Jo. Bapt. Cotelerio, ex recensione & cum notis Pauli Colomesii; accedunt Epistolæ aliquot singulares, vel nunc primum editæ, vel non ita facile obviæ. *Londini*, 1687. *in* 8.° *lig. hol.*

340 —— Eædem, cum notis variorum, ab Henrico Wotton, Gr. Lat. *Cantabrigiæ*, 1718. *in* 8.° *lig. angl.*

341 —— Epitome de rebus gestis atque concionibus D. Petri, Gr. Lat. *Parisiis*, *Turnebus*, 1555. *in* 4.° *lig. hol.*

342 Collectio nova Patrum Græcorum, Eusebii Cæsariensis, Athanasii, & Cosmæ Ægyptii, a Bernardo de Montfaucon, Gr. Lat. *Paris.* 1707. *T. II. in f.° lig. hol.*

343 Combefisii Francisci Græco-Latinorum Patrum Bibliothecæ Novum Auctarium, Tomus duplex. *Parisiis*, 1648. *in f.° lig. hol.*

344 —— Bibliothecæ Græcorum Patrum Auctarium novissimum, Partes duæ. *Parisiis*, 1672. *in f.° lig. hol.*

345 Corderii Balthassaris Expositio Patrum Græcorum in Psalmos, Gr. Lat. cum commentariis & annotationibus. *Antuerpiæ, Plantinus*, 1643-46. *T. III. in f.° lig. hol.*

346 Cotelerii Jo. Baptistæ, Sanctorum Patrum, qui temporibus Apostolicis floruerunt, Opera, Gr. Lat. ex editione Jo. Clerici. *Amstelodami*, 1724. *T. II. in f.°*

347 —— Ecclesiæ Græcæ Monumenta, Gr. Lat. *Parisiis*, 1677-86. *T. III. in 4.° lig. gal.*

348 S. Cyrilli Hierosolymitani Catecheses, Gr. & Lat. ex versione Joannis Grodecii, edente Joanne Prevotio. *Parisiis, Morellus*, 1609. *in 4.°*

349 —— Opera omnia, a Joanne Prevotio, Gr. Lat. *Parisiis*, 1631. *in f.° Charta magna, lig. gal. — Acced.*

Synesii Episcopi Opera omnia, a Dionysio Petavio, Gr. & Lat. *Parisiis*, 1612. *in f.° Charta magna.*

350 S. Cyrilli Hierosolymitani Opera omnia, a Thoma Milles, Gr. Lat. *Oxoniæ, Theat. Sheldon.* 1703. *in f.° lig. angl.*

351 —— Eadem, ab Antonio Augustino Touttee Mon. S. Mauri. Gr. Lat. *Parisiis*, 1720. *in f.°*

352 S. Cyrilli Episcopi Quadripartitus Apologicus. *Absque ulla nota*, *in f.°*

Liber est Sæc. XV. impressus, charactere Germanico, sine numeris, & custodibus, attamen cum signaturis. Duabus columnis textus exhibetur, quarum unaquæque lineis quadragenis constat; atque adeo editio alia est ab ea, quam exhibet Catalogus Librorum Ducis de la Valliere n. 391. Initium in hoc exemplari est: *Incipit Quadripartitus apologicus Cyrilli Epi de Greco in latinum translatus quod relucet moraliter in philosophia ethica per quatuor Cardinales virtutes & morales.*

353 S. Cyrilli Alexandrini Opera omnia, a Joanne Auberto, Gr. Lat. *Parisiis*, *typis Regiis*, 1638. *T. VII. in f.°*

354 —— Homiliæ XIX. in Jeremiam Prophetam hactenus ineditæ, a Balthassare Corderio, Gr. Lat. *Antuerpiæ*, *ex Offic. Plantiniana*, 1648. *in* 8.°

355 S. Dionysii Areopagitæ Opera omnia, cum scholiis S. Maximi, & Pachymeræ Paraphrasi, Gr. *Parisiis*, *Morelius*, 1562. *T. II. in* 8.° *lig. hol.*

356 —— Eadem, a Petro Lanssellio, Gr. Lat. *Parisiis*, 1615. *in f.°*

357 —— Eadem, cum scholiis S. Maximi,

mi, & Paraphrasi Pachymeræ, a Balthassare Corderio, Gr. Lat. *Antuerpiæ*, *Plantinus*, 1634. *T. II. in f.° lig. gal.*

358 —— Eadem, cum scholiis S. Maximi, & Paraphrasi Pachymeræ, a Balthassare Corderio, Gr. Lat. *Parisiis*, 1644. *T. II. in f.° lig. gal.*

359 S. Dionysii Areopagitæ Opera, S. Ignatii Epistolæ undecim, S. Polycarpi Epistola, Lat. *Parisiis, per Joannem Bigmanum, & Volfgangum Hopylium*, 1498. *in f.°*

360 S. Dionysii Areopagitæ Opera, a Jodoco Clichtovæo, Lat. *Parisiis, Henr. Stephanus*, 1515. *in f.°*

361 S. Ephrem Syri Opera omnia, e Codicibus Mss. Bodleianis, Gr. *Oxonii, Th. Sheldon.* 1709. *in f.° lig. angl.*

362 —— Eadem, a Josepho Simonio Assemano, Gr. Syr. & Lat. *Romæ* 1732-46. *T. VI. in f.°*

363 —— Sermones Latine redditi ab Ambrosio Camaldulensi. *Florentiæ, per Antonium Mischomini*, 1481. *in f.°*

364 —— Iidem, ex interpretatione Ambrosii Camaldulensis. *In Sacra Eremo S. Mariæ de Ruab in agro Patavino*, 1585. *in*

in 8.° — *Liber rarus*, *ex loco potissimum impressionis in pretio habendus.*

365 S. Epiphanii Opera omnia, a Dionisio Petavio, Gr. Lat. *Parisiis* 1622 *T. II. in f.° lig. angl.*

366 —— Eadem, ex editione Dion. Petavii, Gr. Lat. *Coloniæ*, 1682. *T. II. in f.° lig. hol.*

367 —— Commentarius ad Physiologum, in die festo Palmarum Sermo, a Consalo Ponce de Leon, Gr. Lat. *Antuerpiæ*, *Plantinus*, 1588. *in* 8.°

368 Eusebii Pamphili De Præparatione Evangelica Libri XV. Gr. *Parisiis*, *Rob. Stephanus*, 1544. *in f.°* — *Acced.*
—— Demonstrationis Evangelicæ Libri X. Gr. *Parisiis*, *Rob. Stephanus*, 1545. *in f.°* — *Operis utriusque* EDITIO PRINCEPS, *Exemplar vero nitidissimum.*

369 Eusebii Pamphili Præparatio Evangelica, Latine, interprete Georgio Trapezuntio. *Venetiis*, *Jenson*, 1470. *in f.°*

370 —— Eadem, Latine, ex versione G. Trapezuntii. *Absque loci nota*, *per Leonhardum Aurl.* 1473. *in f.°*

Longe rarissima utraque editio est: posterior autem hæc eadem videtur, quam Catalogus

logus librorum Domini de Gaignat exhibet n. 223. aliquanto vero magis innotescit ex allatis a Maittairio T. IV. P. I. p. 322. Addam ego librum charactere Romano eleganter impressum esse, sine numeris signaturis atque custodibus, unamquamque vero paginam integram lineis ut plurimum undequadraginta constare. In fine Carmina hæc sunt, ex Antonii Cornazani Epigrammate, in editione Jensoniana apposito, excerpta:

Artis hic: & fidei splendet mirabile numen:
Quod fama auctores: auget honore deos.
Quid magis artificem peteret Dux: christus:
& auctor:
Tres facit æternos ingeniosa manu
.M: CCCC: LXXIII:
.Leonhardus Aurl.

371 Eusebii Præparatio Evangelica, Latine, interprete Georgio Trapezuntio. *Tarvisii, per Michaelem Manzolinum*, 1480. *in f.° — Exemplar pulcherimum.*

372 —— Demonstratio Evangelica, & alia, Græc. Lat. *Parisiis*, 1628. *in f.° lig. gal.*

373 Eusebii, Polychronii, & Pselli Expositiones in Canticum Canticorum, a Jo. Meursio, Gr. *Lugduni Batav.* 1617. *in 4.° lig. bol.*

374

374 Euſtathii Archiepiſc. Theſſalonicenſis Commentarius in Hexahemeron, ac de Engaſtrimytho Diſſertatio adverſus Origenem, item Origenis de eadem Engaſtrimytho, Gr. Lat. ex verſione, & cum notis Leonis Allatii. *Lugduni*, *1629. in* 4.° *lig. bol.*

375 Grabe Joannis Erneſti Spicilegium SS. Patrum, ut & Hæreticorum ſæculi poſt Chriſtum natum I. II. III. Gr. Lat. *Oxoniæ*, *Th. Sheldon.* 1700. *T. II. in* 8.° *lig. bol.*

376 S. Gregentii Diſputatio cum Herbano Judæo, a Nicolao Gulonio, Gr. Lat. *Pariſiis*, *Morelius*, 1586. *in* 8.° *lig. bol.*

377 S. Gregorii Nazianzeni Opera omnia, a Wolfgango Muſculo, Gr. *Baſileæ*, *Hervagius*, 1550. *in f.*°

378 —— Eadem, ex edit. Jacobi Billii & Frid. Morellii, Gr. Lat. *Pariſiis*, *Claud. Morellius*, *1630. T. II. in f.*°

379 —— Eadem, ex editione Billii & Morellii, Gr. Lat. *Coloniæ*, *1690. T. II. in f.*° *lig. angl.*

380 —— Orationes XVI. Gr. *Venetiis*, *in æd. Aldi*, 1516. *in* 8.° *lig. bol.*

381 —— Invectivæ duæ in Julianum, cum ſcholiis, & alia, a Richardo Mont-

acu-

acutio, Gr. Lat. *Etonæ*, 1610. *in* 4.° *lig. bol.*

382 S. Gregorii Nazianzeni Orationes tres; Apologeticus, De Amore erga pauperes; & in Natalem diem Salvatoris nostri, a Julio Gabrielio Latine redditæ. *Antuerpiæ*, *Plantinus*, 1573. *in* 8.°

383 —— Orationes duæ, cum scholiis, a Christ. Friderico Matthæi, Gr. Lat. *Mosquæ*, 1780. *in* 4.°

384 —— Carmina, Gr. Lat. *Venetiis*, *Aldus*, 1504. *in* 4.° *lig. bol.*

385 —— Eadem, a Jo. Langio, Gr. Lat. *Basileæ*, *Oporinus*, 1567. *in* 8.°

386 —— Arcana, seu de Principiis Versus 482. cum paraphrasi Græca, & alia ejusdem Carmina, a Davide Hœschelio, Gr. *Lugduni Batav.* *Plantinus*, 1591. *in* 8.° *lig. bol.* — *Acced.*

Agapeti Scheda Regia ad Justinianum Imp. a Matthia Martinio, Gr. Lat. *Herbornæ*, 1605. *in* 8.°

387 S. Gregorii Nazianzeni Definitiones rerum simplices, a Davide Hœschelio, Gr. Lat. *Ex Officina Sanctandreana*, 1591. *in* 8.° — *Accedunt.*

Pisidæ Georgii Opus sex dierum, seu Mundi opificium, a Federico Morello, Gr.

Gr. Lat. *Apud Hier. Commelinum*, 1596. *in* 8.°

Phile Manuelis De Animalium proprietate Græc. & Lat. ex versione Gregorii Bersmanni. *Absque ulla nota (editionis Commelinianæ) in* 8.°

388 S. Gregorii Nysseni Opera omnia, a Claudio Morello, Gr. Lat. *Parisiis, Morellus*, 1638. *T. III. in f.° lig. gal.*

389 —— De Scopo, seu fine veræ pietatis & conversatione religiosi cœtus Christiani Hypotyposis, a Federico Morello, Gr. Lat. *Parisiis, Morellus*, 1606. *in* 8.° — *Acced.*

Metaphrastæ Jambici senarii de salutis nostræ Mysteriis, & Clementis Alexandrini ad Christum trimetri, a Federico Morello, Gr. Lat. *Parisiis, Morellus*, 1606. *in* 8.°

390 S. Gregorii Nysseni Epistolæ septem, a Jo. Baptista Caracciolo, Gr. Lat. *Florentiæ*, 1731. *in f.°*

391 Hermiæ Gentilium Philosophorum Irrisio, cum notis variorum, a Christ. Dommerich, Gr. *Halæ*, 1764. *in* 8.°

392 Heroldi Joannis Orthodoxographa Theologiæ sacrosanctæ ac sincerioris Fidei, Doctores numero LXXVI. Ecclesiæ co-

lumina luminaque clarissima, Authores partim Græci, partim Latini, Gr. Lat. *Basileæ*, 1555. *in f.°*

393 S. Hieronymi Dialogi duo, De Trinitate, & Philoponia de sensu interno Christianismi & accepti Baptismatis, a Joh. Benedicto Carpzovio, Gr. Lat. *Altenburgi*, 1772. *in* 12.°

394 S. Hippolyti Opera omnia, a Jo. Alberto Fabricio, Gr. Lat. *Hamburgi*, 1716. *T. II. in f.°*

395 S. Ignatii Epistolæ, a Guil. Morelio, Gr. Lat. *Parisiis*, *Morelius*, 1558. *in* 8.° — *Acced.*

Athenagoræ Apologia pro Christianis, & de Resurrectione Mortuorum, cum notis Conradi Gesneri & Henr. Stephani, Gr. Lat. *ex Officina H. Stephani*, 1557. *in* 8.°

396 S. Ignatii Epistolæ, a Guil. Morelio, Gr. *Parisiis*, *Morelius*, 1562. *in* 8.° — *Acced.*

—— Eædem, Latine. *Parisiis*, *Morelius*, 1558. *in* 8.° *lig. hol.*

397 S. Ignatii Epistolæ, ab Isaaco Vossio, Gr. Lat. *Londini*, 1680. *in* 4.° *lig. hol.*

398 S. Ignatii Epistolæ, a C. Aldrich, Gr.

Gr. Lat. *Oxonii*, *Th. Sheldon.* 1708. *in* 8.° *lig. angl.* — *Acced.*

Aristophanis Equites, Gr. *Oxoniæ*, 1593. *in* 8.°

399 S. Ignatii Epiſtolæ, cum notis Jo. Pearſonii, a Thoma Smith, & alia, Gr. Lat. *Oxonii*, *Th. Sheldon.* 1709. *in* 4.° *lig. bol.*

400 S. Joannis Chryſoſtomi Opera omnia, ab Henrico Savillio, Gr. *Etonæ*, 1612. *T. VIII. in f.° lig. bol.*

401 —— Eadem, a Bernardo de Montfaucon, Gr. Lat. *Pariſiis*, 1718–38. *T. XIII. in f.° lig. bol.*

402 —— Interpretatio in Epiſtolas D. Pauli, a Bernardino Donato, Gr. *Veronæ*, *Steph. de Sabio*, 1529. *T. II. in f.°*

403 —— Conciunculæ ſex de Fato & Providentia Dei, Gr. *Lovanii*, *Reſcius*, 1532. *in* 4.° — *Accedunt*

—— De Orando Deum Libri II. Gr. *Lovanii*, 1566. *in* 4.°

—— Homilia in dictum Apoſtoli *Modico vino utere*, Gr. *Lovanii*, 1562. *in* 4.°

—— Opuſcula aliquot, a Deſiderio Eraſmo, Gr. *Baſileæ*, *Frobenius*, 1529. *in* 4.°

S. Joannis Chrysostomi Dialogi sex, Quod multæ quidem dignitatis, sed difficile sit Episcopum agere, a Nicolao Clenardo, Gr. *Lovanii*, *Rescius*, 1529. *in* 4.°

404 —— Decas Orationum nunc primum editarum, a Jo. Jacobo Beurero, Gr. Lat. *Basileæ*, 1585. *in* 8.° — *Acced.*

—— De orando Deum Libri II. Gr. *Antuerpiæ*, *Plantinus*, 1579. *in* 8.°

405 —— Homiliæ decem, a Jo. Baptista Gabio, Gr. *Romæ*, *Zanettus*, 1581. *in* 4.°

406 —— Homiliæ duæ & viginti ad populum Antiochenum, a Jo. Harmaro, Gr. *Londini*, 1590. *in* 8.° *lig. angl.* — *Acced.*

Nonni Panopolitæ Paraphrasis Evangelii secundum Joannem, ab Erhardo Hedeneccio, Gr. Lat. *Basileæ*, 1596. *in* 8.°

407 S. Joannis Chrysostomi Homiliæ sex contra Judæos, a Davide Hœschelio, Gr. Lat. *Augustæ Vindel.* 1602. *in* 8.° — *Acced.*

—— Oratio in Natalem D. N. Jesu Christi, a Davide Hœschelio, Gr. *Augustæ Vind.* 1594. *in* 8.° *lig. bol.*.

408 —— Homilia de Morali Politia, & in Præcursoris Decollationem ac peccatri-

tricem, a Francisco Combefisio, Gr. Lat. *Parisiis*, 1645. *in* 4.° *lig. hol.*

409 S. Jo. Chrysostomi De educandis liberis, & alia opuscula, Severiani Libellus de Cruce, Basilii Libellus de S. Stephano, & alia, a Francisco Combefisio, Gr. Lat. *Parisiis*, 1656. *in* 8.° *lig. gal. cb. deaur.*

410 —— De Sacerdotio Lib. VI. a Samuele Thirlby, Gr. Lat. *Cantabrigiæ*, 1712. *in* 8.° *lig. angl.*

411 —— Iidem, a Jo. Alberto Bengelio, Gr. Lat. *Stutgardiæ*, 1725. *in* 8.°

412 —— Divinæ Missæ Exemplaria duo, Gr. Lat. *Venetiis*, 1644. *in* 8.° *lig. gal. cb. deaur.*

Liber inventu difficilis duplicem textum habet Liturgiæ Chrysostomi: priori accedit Latina interpretatio Demetrii Ducæ Cretensis, posteriori Desiderii Erasmi; utraque ex veteribus editionibus repræsentata.

413 S. Joannis Chrysostomi Homiliæ super Evangelio Joannis, Latine, Francisco Arretino interprete. *Romæ in Monasterio Sancti Eusebii scriptæ atque correctæ*, 1470. *in f.*° — *Exemplar splendidissimum.*

414 S. Joannis Chrysostomi Sermones viginti quinque, Epistola ad Theodorum

Monachum, de Compunctione cordis ad Demetrium Libri II. Quædam dicta in illud Evangelii *Loquente Jesu ad turbas* Lat. *Absque ulla nota*, Sæc. XV. *in f.°*

Frustra de vetustissima editione hac apud Bibliographos præcipuos ego quæsivi; ut proinde magno in pretio liber habendus esse videatur. Character typographiam Germanicam ostentat, numeri desunt, signaturæ quoque & custodes: est vero duabus columnis, quarum unaquæque lineas septem ac triginta continet, textus impressus. Incipit: *Beatus Johannes Episcopus qui & alias Crisostomus appellatur grecus nacione pene innumerabiles sermones fecit ad vulgarem populum. de quibus de greco in latinum translati sunt. vigintiquinque magis morales. quibus vitia reuelluntur & homines ad optimum genus viuendi reduci possunt. Quorum primus contra ipsum perniciosum vicium auaritie. quod est fons multorum peccatorum laborat.* Desinit: *Explitiunt quedam dicta super Euangelium Loquente Ihesu ad turbas &c.*

415 S. Joannis Chrysostomi De Compunctione cordis Libri duo, & S. Augustini Liber de Contritione Cordis. *Absque ulla nota*, Sæc. XV. *in 8.°*

416 S. Joannis Climaci Opera omnia, a Matthæo Radero, Gr. Lat. *Parisiis*, *Cramoisy*, 1633. *in f.°*

417 S. Joannis Damasceni Opera omnia, a Michaele Le-Quien, Gr. Lat. *Parisiis*, 1712. *T. II. in f.° lig. gal.*

418 —— De Fide Orthodoxa Libri IV. & De iis qui in fide dormierunt, Gr. *Veronæ*, *Fratres de Sabio*, 1531. *in 4.°*

419 —— De Fide Orthodoxa Libri IV. Latine, Jacobo Fabro interprete. *Parisiis*, *Henr. Stephanus*, 1507. *in 4.°*

420 —— Iidem, Latine ex versione Fabri. *Parisiis*, *Henr. Stephanus*, 1512. *in f.°*

421 S. Jo. Damasceni De Imaginibus Orationes tres, Theodori Studitæ de eadem re Liber, S. Joannis Damasceni Vita a Joanne Patriarcha Hierosolymitano scripta, edente Nicolao Majorano, Gr. *Romæ*, *Nicolinus*, 1553. *in 8.°*

422 —— Adversus oppugnatores Imaginum Orationes tres, a Petro Francisco Zino Latine redditæ. *Venetiis. Aldi fil.* 1554. *in 4.° lig. bol.* — *Acced.*

S. Gregorii Nazianzeni Commentarius in Hexæmeron, a Petro Francisco Zino Latine redditus. *Venetiis*, *Aldi fil.* 1553. *in 4.°*

423 Joannis Grammatici Philoponi In Caput I. Geneseos de mundi creatione Libri VII. a Balthassare Corderio, Gr. Lat. *Viennæ Austriæ*, 1630. *in* 4.° *lig. hol.*

424 S. Irenæi Opera omnia a Francisco Fevardentio, Gr. Lat. *Parisiis*, 1639. *in f.° lig. hol.*

425 —— Eadem, a Jo. Ernesto Grabe, Gr. Lat. *Londini*, 1702. *in f.° lig. angl.*

426 —— Eadem, a Renato Massuet Mon. S. Mauri, Gr. Lat. *Parisiis*, 1710. *in f.° lig. gal.*

427 —— Fragmenta anecdota, ex Codd. Mss. Bibliothecæ Regiæ Taurinensis eruta, & a Christoforo Mattheo Pfaffio aucta, & illustrata, Gr. Lat. *Hagæ-Comitum*, 1715. *in* 8.° *lig. gal.*

428 S. Isidori Pelusiotæ Epistolæ, a Jacobo Billio, Gr. Lat. *Parisiis*, 1585. *in f.° lig. hol.*

429 —— Eædem, cum notis Conradi Rittershusii, Gr. Lat. *Parisiis*, *Morellus*, 1638. *in f.°*

430 S. Justini M. Opera omnia Gr. *Parisiis*, *Rob. Stephanus*, 1551. *in f.°* — Editio Princeps, *Exemplar nitidissimum.*

431 —— Eadem, a Friderico Sylburgio, Gr.

Gr. Lat. *Typis Hieronymi Commelini*, 1593. *in f.°*

432 S. Justini Opera, & alia, a Federico Morello, Gr. Lat. *Parisiis*, 1615. *in f.°*

433 —— Eadem, & alia, a Federico Morello, Gr. Lat. *Parisiis*, *Cl. Morellus*, 1636. *in f.° lig. hol.*

434 —— Eadem, a Monachis S. Mauri, Gr. Lat. *Parisiis*, 1742. *in f.°*

435 —— Epistola ad Diognetum & Oratio ad Græcos, ab Henr. Stephano, Gr. Lat. *Excud. H. Stephanus*, 1592. *in 4.° lig. hol.*

436 S. Justini Apologia prima pro Christianis, a Jo. Ernesto Grabe, Gr. Lat. *Oxoniæ*, *Th. Sheldon.* 1700. *in 8.° lig. angl.* — *Acced.*

—— Apologia secunda pro Christianis, Oratio ad Græcos, & Liber de Monarchia, ab H. Hutchin, Gr. Lat. *Oxoniæ Th. Sheldon.* 1703. *in 8.° lig. angl.*

437 —— Apologiæ duæ, & Dialogus cum Tryphone Judæo, a Styano Thirlbio, Gr. Lat. *Londini*, 1722. *in f.°*

438 —— Apologiæ duæ, a Guillelmo Thalemanno Gr. *Lipsiæ*, 1755. *in 8.°*

439 —— Eædem, a Carolo Ashton, Gr. Lat. *Cantabrigiæ*, 1768. *in 8.° lig. angl.*

440 S. Justini Dialogus cum Tryphone Judæo, cum not. var. a Samuele Jebb, Gr. Lat. *Londini*, 1719. *in* 8.° *lig. angl.*

441 Liturgiæ SS. Joannis Chrysostomi & Basilii, ac Præsanctificatorum, Germani Patriarchæ Constantinopolitani Expositio Liturgiæ, Gr. *Romæ*, *Demetrius Ducas*, 1526. *in* 4.°

442 Liturgiæ SS. Patrum Jacobi Apostoli, Basilii M. & Jo. Chrysostomi, Gr. *Parisiis*, *Morelius*, 1560. *in f.°*

443 Eædem Lat. cum aliis opusculis de Missa, a Claudio de Sainctes. *Antuerpiæ*, *Plantinus*, 1560. *in* 8.° *lig. bol.* — *Vide Burium n.* 198.

444 —— Eædem, Lat. *Antuerpiæ*, *Plantinus*, 1562. *in* 8.° *lig. bol.*

445 S. Macarii Ægyptii Homiliæ, Gr. *Parisiis*, *Morellius*, 1559. *in* 8.°

446 —— Eædem, a Zacharia Palthenio, Gr. Lat. *Francofurti*, 1594. *in* 8.°

447 —— Opuscula nonnulla, a Jo. Georgio Pritio, Gr. Lat. *Lipsiæ*, 1699. *in* 8.°

448 —— Homiliæ, & Opuscula, a Jo. Geo. Pritio, Gr. Lat. *Lipsiæ*, 1714. *in* 8.° *lig. bol.*

449 Marci Eremitæ, Nicolai, Hesychii Pres-

Presbyteri Quæ exſtant, Gr. *Pariſiis*, *Guil. Morellius*, 1563. *in* 8.° *lig. gal.*

450 S. Marci Monachi Sermones de Jejunio & de Melchiſedech, a Balthaſſare M. Remondini, Gr. Lat. *Romæ*, 1748. *in* 8.°

451 S. Maximi Opera omnia, a Franciſco Combefiſio, Gr. Lat. *Pariſiis*, 1675. *T. II. in f.° lig. gal.*

452 S. Methodii Convivium Virginum, a Leone Allatio, Gr. Lat. *Romæ*, 1656. *in* 8.°

453 —— Idem, a Petro Poſſino, Gr. Lat. *Pariſiis*, 1657. *in f.° lig. bol.*

454 Meurſii Joannis Variorum Divinorum Liber unus, in quo Auctores Theologi Græci varii antehac nunquam vulgati, Gr. *Lugduni Batav. Elzevirius*, 1619. *in* 4.°

455 Muratorii Ludovici Antonii Anecdota Græca, Gr. Lat. *Patavii*, 1709. *in* 4.°

456 Nicetæ Heracleenſis Catena Græcorum Patrum in Job, edente Patricio Junio, Gr. Lat. *Londini*, 1637. *in f.° lig. bol.*

457 S. Nili Opera quædam nondum edita, a Petro Poſſino, Gr. Lat. *Pariſiis*, *Cramoiſy*, 1639. *in* 4.°

458 S. Nili Epistolæ, a Petro Possino, Gr. Lat. *Parisiis*, 1657. *in* 4.° *lig. gal.*

459 —— Eædem, a Leone Allatio, Gr. Lat. *Romæ*, 1668. *in f.°*

460 —— Opuscula a Josepho Suarezio, Gr. Lat. *Romæ*, 1673. *in f.°*

461 Œcumenii Expositiones in Acta Apostolorum, in Epistolas D. Pauli, & in Epistolas Canonicas; Arethæ Expositio in Apocalypsin, a Bernardino Donato, Gr. *Veronæ*, *de Sabio*, 1532. *T. II. in f.°*

462 —— Opera eadem, a Federico Morellio, Gr. Lat. *Parisiis*, *Morellus*, 1630–31. *T. II. in f.° lig. angl.*

463 Origenis Opera omnia, a Carolo de la Rue Mon. S. Mauri, Gr. Lat. *Parisiis*, 1733–39. *T. IV. in f.°*

464 —— Hexaplorum quæ supersunt, a Bernardo de Montfaucon, Gr. Lat. *Parisiis*, 1713. *T. II. in f.° lig. hol.*

465 —— Eadem, a Car. Friderico Bahrdt, Gr. *Lipsiæ*, 1769. *T. II. in* 8.°

466 —— Commentaria in Sacram Scripturam, a Petro Daniele Huetio, Gr. Lat. *Rothomagi*, 1668. *T. II. in f.° lig. gal.* — *In volumine priori deest pagina numeris* 85. *&* 86. *signata.*

467 —— Contra Celsum Libri VIII. a

Da-

Davide Hœſchelio, Gr. Lat. *Auguſtæ Vindel.* 1605. *in* 4.° *lig. hol.*

468 Origenis contra Celſum Libri VIII. & Philocalia, a Guillelmo Spencero, Gr. Lat. *Cantabrigiæ*, 1658. *in* 4.° *lig. angl.*

469 —— Opera eadem, a Guil. Spencero, Gr. Lat. *Cantabrigiæ*, 1677. *in* 4.° *lig. hol.*

470 —— Libellus de Oratione, Gr. Lat. *Oxoniæ*, *Th. Sheldon.* 1686. *in* 12.° *lig. hol.*

471 —— Idem, a Guillelmo Reading, Gr. Lat. *Londini*, 1728. *in* 4.° *lig. angl.*

472 —— Dialogus contra Marcionitas, & alia, a Jo. Rudolpho Wetſtenio, Gr. Lat. *Baſileæ*, 1674. *in* 4.°

473 —— Philoſophumena, a Jo. Chriſtophoro Wolfio, Gr. Lat. *Hamburgi*, 1706. *in* 8.°

474 Origenis contra Celſum Libri VIII. Lat. interprete Chriſtophoro Perſona. *Romæ*, *Georgius Herolt*, 1481. *in f.° lig. gal.* — *Exemplar nitidiſſimum*.

475 —— Homiliæ in Geneſim, Exodum, Leviticum, Numeros, Jeſu Nave, & Libros Judicum, Lat. interprete D. Hieronymo. *Venetiis*, *Aldus*, 1503. *in f.°*

476 S. Petri Missa Apostolica, sive Liturgia, a Wilhelmo Lindano, Gr. Lat. *Antuerpiæ*, *Plantinus*, 1589. *in* 8.° — *Acced.*

S. Marci Liturgia, edente Jo. a Sancto Andrea. Gr. Lat. *Parisiis*, 1583. *in* 8.°

477 Philocalia sacrorum vigilantium, collecta ex Sanctis Patribus, nunc primum edita, Gr. *Venetiis*, 1782. *in f.°*

Vix innotuit liber hic apud nostrates, quod Joannis Maurocordati Smirnæi sumptibus eleganter impressus, fere omnia ipsius exemplaria Græcis hominibus extra Italiam degentibus distributa sint. Titulus operis hujusmodi est Φιλοκαλία τῶν ἱερῶν νηπτικῶν συνερανισθεῖσα παρὰ τῶν ἁγίων ϗ θεοφόρων πατέρων ἡμῶν. Plura vero in eo sunt Opuscula Sanctorum Patrum & Scriptorum Ecclesiasticorum antehac inedita. Anno proximo 1783. iisdem typis, ejusdemque Maurocordati impensa, alia prodiit SS. Patrum συναγωγὴ, a Paulo Evergetino collecta; qui liber apud nos jam rarissimus evasit.

478 Philonis Judæi Opera omnia, ab Adriano Turnebo, Gr. *Parisiis*, *Turnebus*, 1552. *in f.° lig. angl.* — EDITIO PRINCEPS, *Exemplar venustissimum.*

479 Philonis Judæi Opera, a Davide Hœschelio, Gr. Lat. *Coloniæ Allobrog.* 1613. *in f.°*

480 —— Eadem, Gr. Lat. *Parisiis*, 1640. *in f.°*

481 —— Eadem, Gr. Lat. *Francofurti*, 1691. *T. II. in f.° lig. hol.*

482 Philonis Judæi Opera omnia, a Thoma Mangey, Gr. Lat. *Londini*, *Bowyer*, 1742. *T. II. in f.°*

483 —— De Nobilitate, ab Hermanno Nehemio, Gr. Lat. *Basileæ*, 1581. *in* 8.°

484 —— Opuscula tria, nunc primum edita a Davide Hœschelio, Gr. *Francofurdi*, *Wechelus*, 1587. *in* 8.°

485 Philonis Episcopi Carpasii Enarratio in Canticum Canticorum, a Michaele Angelo Giacomelli, Gr. Lat. *Romæ*, 1772. *in* 4.°

486 SS. Polycarpi & Ignatii Epistolæ, a Jacobo Usserio, Gr. Lat. *Oxoniæ*, 1644. *in* 4.° *lig. hol.*

487 Possini Petri Catena Græcorum Patrum in Evangelium secundum Marcum, Gr. Lat. *Romæ*, 1673. *in f.°*

488 S. Procli Patriarchæ Constantinopolitani Analecta, a Vincentio Richardo, Gr. Lat. *Romæ*, *Zanetti*, 1630. *in* 4.° *lig. hol.*

489 S. Procli Opuscula, a Geverharto Elmenhorstio, Gr. Lat. *Lugduni Bat.* 1617. *in* 8.°

490 Procopii Gazæi Scholia in Libros Regum & Paralipomenon, a Jo. Meursio, Gr. Lat. *Lugduni Bat.* 1620. *in* 4.° — *Mutilus liber post pag.* 368.

491 —— Epitome variarum commentationum in Esaiam Prophetam, a Joanne Curterio, Gr. Lat. *Parisiis*, 1580. *in f.°*

492 Synesii Episcopi Cyrenensis Opera omnia, ab Adriano Turnebo, Gr. *Parisiis, Turnebus*, 1553. *in f.°* — EDITIO PRINCEPS. *Cum emendationibus mss. viri docti Sæc. XVI.*

493 —— Eadem, a Dionysio Petavio, Gr. Lat. *Parisiis, Cramoisy*, 1612. *in f.° lig. gal.*

494 —— Epistolæ, Gr. Lat. Thoma Naogeorgio interprete. *Basileæ, Oporinus*, 1558. *in* 8.° — *Acced.*

—— De Providentia, Latine, cum notis, ab Erasmo Rudingero. *Basileæ, Oporinus*, 1557. *in* 8.° — *Exemplar venustum, chartis deauratis.*

495 —— Orationes IV. & Hymni, a Guillelmo Cantero, Gr. Lat. *Basileæ, Oporinus*, 1567. *in* 8.°

496 Synesii Hymni, & Gregorii Nazianzeni Odæ aliquot, a Francisco Porto, Gr. Lat. *Excudeb. H. Stephanus*, 1569. *in* 32.° *lig. hol.*

497 Tatiani Oratio ad Græcos, & Hermiæ Irrisio Gentilium Philosophorum, cum not. var. a Wilhelmo Worth, Gr. Lat. *Oxonii*, *Th. Sheldon*. 1700. *in* 8.° *lig. hol.*

498 Theodoreti Opera omnia, a Jo. Lud. Schulze, Gr. Lat. *Halæ*, 1769–72. *T. IV. Vol. VI. in* 8.° *maj.*

499 —— Quæstiones in Pentateuchum, Josue & Judicum libros, a Jo. Pico, Gr. *Parisiis*, 1558. *in* 4.°

500 —— Explanatio in Canticum Canticorum, Latine reddita a Petro Francisco Zino. *Romæ*, *P. Manutius*, 1563. *in f.*°

501 —— Commentarius in XIV. D. Pauli Epistolas, Latine redditus a Gentiano Herveto. *Florentiæ*, *Torrentinus*, 1552. *in f.*°

502 —— Idem, ex versione Latina Herveti. *Florentiæ*, *Torrentinus*, 1552. *in* 8.°

503 —— Dialogi tres contra quasdam Hæreses, Hæreticarum fabularum Lib. IV. Epitome divinorum dogmatum, a Camillo Perusco, Gr. *Romæ*, *de Sabio*, 1547. *in* 4.°

504 Theodoreti de Curatione Græcarum affectionum Libri XII. a Zenobio Acciajolo Latine redditi. *Parisiis*, *Henr. Stephanus*, 1519. *in f.°*

505 Theodoti Episcopi Ancyrani Expositio in Symbolum Nicænum, a Luca Holstenio. *Romæ*, *1669. in* 8.° *lig. hol.*

506 S. Theophanis Ceramei Archiep. Tauromenitani Homiliæ in Evangelia & Festa totius anni, a Franc. Scorso, Gr. Lat. *Parisiis*, *1644. in f.°*

507 Theophili Antiocheni ad Autolycum Libri III. a Jo. Fell, Gr. Lat. *Oxonii*, *Th. Sheldon*, 1684. *in* 12.° *lig. angl.*

508 —— Iidem, a Jo. Christiano Wolfio, Gr. Lat. *Hamburgi*, 1724. *in* 8.° *lig. gal.*

509 Theophili Alexandrini Dissertatio cujus rei homo similis sit, simulacrumque habeat, a Fed. Morello, Gr. Lat. *Parisiis*, *Morellus*, 1608. *in* 8.° — *Accedunt*

S. Gregorii Nysseni De Scopo veræ pietatis & conversatione religiosi cœtus Christiani, a Fed. Morello, Gr. Lat. *Parisiis*, *Morellus*, *1606. in* 8.°

—— Concio, de Resurrectione Domini, a Fed. Morello, Gr. Lat. *Parisiis*, *1600. in* 8.°

Sy-

Synesii Cyrenæi Fratrum Amantes, seu Oratio de benignitate, a Fed. Morello, Gr. Lat. *Parisiis*, 1604. *in* 8.°

510 Theophylacti Episc. Bulgariæ Interpretatio in quatuor Evangelia, Gr. *Romæ*, 1542. *in f.° — Exemplar nitidissimum.*

511 —— Commentarii in Epistolas D. Pauli, ab Augustino Lindsello, Gr. Lat. *Londini*, 1636. *in f.° lig. hol.*

512 Theoriani Disputatio cum Catholico, seu Legatio Manuelis Comneni Imp. ad Armenos, & alia, a Joanne Leunclavio, Gr. Lat. *Basileæ*, *Perna*, 1578. *in* 8.° *lig. hol.*

513 Tollii Jacobi Insignia Itinerarii Italici, quibus continentur Antiquitates Sacræ, Gr. Lat. *Trajecti ad Rhen.* 1696. *in* 4.°

514 Victoris Presbyteri Antiocheni, & aliorum quorundam Sanctorum Patrum Expositio Evangelii secundum Matthæum, a Christ. Friderico Matthæi, Gr. *Mosquæ*, 1775. *T. II. in* 8.° *lig. gal.*

515 Xiphilini Joannis, & Basilii Magni Orationes aliquot, a Christiano Friderico Matthæi, Gr. *Mosquæ*, 1775. *in* 4.°

516 Zaccagnii Laurentii Alexandri Collectanea Monumentorum veterum Ecclesiæ

Græcæ ac Latinæ, quæ haćtenus in Bibliotheca Vaticana delituere. *Romæ*, 1698. *in* 4.° *lig. hol.*

LATINI.

517 S. Agobardi, Leidradi, & Amulonis Episcoporum Lugdunensium Opera, a Stephano Baluzio. *Parisiis*, *Muguet*, 1666. *T. II. in* 8.°

518 S. Ambrosii Opera omnia, a Monachis S. Mauri. *Parisiis*, *Coignard*, 1686-90. *T. IV. in f.° lig. gal.*

519 —— Expositio Evangelii secundum Lucam. *Augustæ*, *Antonius Sorg*, 1476. *in f.° lig. hol.* — *Accedunt*

S. Augustini Homiliæ quinquaginta. *Augustæ*, *Ant. Sorg*, 1475. *in f.°*

de Turrecremata Joannis Tractatus de efficacia aquæ benedictæ. *Absque ulla nota*, *sed ejusdem impressionis*, *in f.°*

520 S. Ambrosii De Officiis. *Mediolani*, *Christoph. Valdarfer*, 1474. *in* 4.°

521 —— Idem opus. *Mediolani*, *Scinzenzeler*, 1488. *in* 4.° — *Accedunt*

Transitus S. Hieronymi. *Venetiis*, 1485. *in* 4.°

Gersonis Joannis De Imitatione Christi,

sti, & de Meditatione Cordis. *Venetiis*, 1485. *in* 4.°

522 S. Ambrosii Epistolæ, & alia. *Mediolani*, *Zarotus*, 1491. *in f.*°

523 SS. Ambrosii, Hieronymi, & Augustini Opuscula De Virginitate. *Romæ*. *P. Manutius*, 1562. *in* 4.° — *Accedunt*

S. Joannis Chrysostomi De Virginitate, Lat. a Julio Pogiano. *Romæ*, *P. Manutius*, 1562. *in* 4.°

S. Gregorii Nysseni De Virginitate, Lat. a Petro Galesinio. *Romæ*, *P. Manutius*, 1562. *in* 4.°

—— Conciones quinque de Oratione Domini, & Conciones octo de beata vita comparanda, Lat. a P. Galesinio. *Romæ*, *P. Manutius*, 1563. *in* 4.°

524 S. Anselmi, & Eadmeri Opera omnia, a Gabriele Gerberon Mon. S. Mauri. *Parisiis*, 1675. *in f.*° *lig. gal.*

525 —— Eadem, a Gabr. Gerberon. *Parisiis*, 1721. *in f.*°

526 Arnobii Disputationes adversus Gentes, a Fausto Sabæo. *Romæ*, 1542. *in f.*°

527 —— Eædem, & Minutii Felicis Octavius. *Parisiis*, 1605. *in* 8.°

528 —— Eædem, cum notis variorum, ab Ant. Thysio. *Lugduni Batav.* 1651. *in* 4.° *lig. hol.*

529 Arnobii junioris Commentarii in Psalmos, a Desid. Erasmo. *Basileæ*, *Frobenius*, 1537. *in* 8.°

530 S. Augustini Opera omnia, studio Theologorum Lovaniensium. *Antuerpiæ*, *Plantinus*, 1576. *T. XI. in f.° lig. hol.*

531 —— Eadem, studio Monachorum S. Mauri. *Parisiis*, 1683-1700. *T. XI. in f.° lig. hol. — Acced.*

Appendix Augustiniana, ex editione Joannis Clerici. *Antuerpiæ*, *Mortier*, 1703. *in f.° lig. hol.*

532 S. Augustini Opera omnia, ex editione Monachorum S. Mauri. *Antuerpiæ*, *sumptibus Societatis*, 1700-1703. *T. XII. in f.° lig. hol.*

533 —— De Civitate Dei Libri XXII. *Romæ*, *Sweynheym & Pannartz*, 1468. *in f.° lig. hol. — Exemplar integerrimum, cum litteris initialibus depictis atque deauratis.*

534 —— Idem opus. *Venetiis*, *Vindelinus de Spira*, 1470. *in f.° — Exemplar nitidissimum, cum litteris initialibus depictis.*

535 —— Idem opus. *Romæ*, *Sweinheym & Pannartz*, 1470. *in f.° lig. hol. — Exemplar pulcherrimum, cum litteris initialibus depictis.*

536

536 S. Augustini de Civitate Dei Libri XXII. *Absque ulla nota*, Sæc. XV. *in f.° — Exemplar integerrimum*.

Editio perantiqua est, ac, nisi quidem fallor, typis Germanicis, circa annum 1470. facta. Desunt numeri, signaturæ, & custodes: textus duabus columnis exhibetur, quarum unaquæque lineas septem & quadraginta continet. Titulus nullus adest; in fine vero est: *Finito libro sit laus & gloria cristo*. Libri rarissimi mentio nulla est apud præcipuos rei bibliographicæ scriptores.

537 S. Augustini De Civitate Dei Libri XXII. *Venetiis*, *Nicolaus Jenson*, 1475. *in f.°*

538 —— De Civitate Dei Libri XXII. *Venetiis*, *Gabriel Petri de Tarvisio*, 1475. *in f.°*

539 —— Aliud Exemplar ejusdem editionis. — *Acced.*

S. Augustini De Arte prædicandi. *Argentinæ*, *per Joannem Mentelinum* (alias *Mentelium*) *absque anni nota*, Sæc. XV. *in f.° lig. bol. — Exemplar nitidissimum*.

Editio pervetus est, charactere Germanico minusculo, sine numeris, signaturis, & custodibus, adeo ut priscis typographiæ tem-

poribus facta cuique ejuſcemodi rerum perito videatur: de ipſa tamen apud præſtantiores bibliographos altum ſilentium eſt, ac propterea longe rariſſima omnino apparet. Liber totus uno ac viginti foliis impreſſis conſtat, in quibus pagina quælibet integra lineas undequadraginta habet. Priora folia duo Proemium continent inſcriptum: *Canon pro recommendacione huius famoſi operis ſiue libelli ſequentis. de arte predicandi ſancti auguſtini.*

In ipſo vero Proemio editor, quicunque ille fuerit, poſt operis laudes multas, de ejus a ſe facta emendatione, atque editione, itidemque de typographo hac in re adhibito inquit: *Feci ergo. deo teſte magnam pro eius correctione diligentiam. ita. quod omnia exemplaria. que in ſtudio heydelbergenſi. nec non in ſpira & in wormacia. atque tandem eciam in argentina in vllis librarijs reperire potui. diligenter perinde reſpexi. Et cum inter hec experimento diſcerem. quod idem liber auguſtini. raro inuenitur eciam in magnis & preciosis librariis. Et adhuc rarius. de uel ex eiſdem librarijs ad reſcribendum poterit haberi. Atque etiam quod peius eſt rariſſime correctus ſiue emendatus inibi queat reperiri. Idcirco permotus fui. ad hoc ſtudioſius laborare. ut ſecundum exemplar meum. tanto nunc*

ſtudio & labore quantum ſaltem potui correctum. dictus libellus ſic & taliter in breui tempore multiplicari poteſt ut ad plurimorum uſum. & ad comunem profectum eccleſiaſticum. facile & cito perueniret. Quia propter. cum nullo alio modo ſiue medio. id expedicius fieri poſſe judicarem. diſcreto viro Iohanni Mentelin incole argentinenſi impreſſorie artis magiſtro. modis omnibus perſuaſi. quatenus ipſe aſſumere dignaretur. onus & laborem multiplicandi hunc libellum per viam impreſſionis. exemplari meo pre oculis habito. &c. . . . . Suadeo autem vnicuique hunc libellum habere deſideranti. ut propter correctionem preeligat. a dicto magiſtro eum comparare. quam aliunde.

Deinde ſequitur S. Auguſtini liber *de Arte prædicandi*, qui idem omnino eſt ac Liber quartus operis ejuſdem Sancti Doctoris *De Doctrina Chriſtiana*. In fine Index accedit, per litteras quaſdam initiales confectus, quæ ipſi quoque operi intermixtæ ſunt. Ex alia Mentelini editione, quæ huic valde ſimilis eſt, vidi ego apud amicum hominem hunc eundem S. Auguſtini librum, eadem forma, eodemque cum Proemio impreſſum: utraque vero facta fortaſſe eſt juxta editionem Moguntinam Joannis Fuſt, cujus exemplar in Ca-

Catalogo Librorum Ducis de la Valliere n. 477. relatum, anno 1784. cum Bibliotheca illa divenderetur, maximo pretio veniit: quanquam vice versa se res habere, & Moguntina editio Argentinensi utraque posterior esse omnino potest. Obiter annotabo, multo majus opus, iisdem Mentelini typis, quibus Pinellianus liber est, eademque forma, absque ulla itidem nota impressum, exstare in Bibliotheca Veneta D. Marci; Homilias nempe S. Joannis Chrysostomi in Matthæum, a Georgio Trapezuntio Latine redditas; librum eximiæ raritatis, neque hactenus notum, mea mehercle cura atque industria, una cum libris aliis non paucis, ejusdem propemodum vetustatis, a direptorum manibus servatum, atque ad Bibliothecam ipsam locupletandum adeptum.

540 S. Augustini De Civitate Dei Libri XXII. *Venetiis*, *Bonetus Locatellus*, 1486. *in* 4.°

541 —— De Trinitate Libri XV. S. Hilarii De Trinitate Libri XII. & alia. *Mediolani*, *Leonardus Pachel*, 1489. *in f.°*

542 S. Augustini Confessiones. *Absque ulla nota*, Sæc. XV. *in f.°* — *Exemplar nitidissimum*.

Edi-

Editio est primæ vetustatis, eodem charactere facta, quo prodiit S. Augustini opus de Civitate Dei in editione n. 536. relata. Desunt in hoc quoque libro numeri, signaturæ, & custodes: pagina quælibet lineas duas atque triginta habet. Incipit: *Ex libro retractationum sancti augustini episcopi*. Desinit: *sic inuenietur: sic aperietur*.

543 S. Augustini Confessiones. *Mediolani*, *Joannes Teutonicus*, 1475. *in* 4.° *lig. hol.*

544 —— Aliud Exemplar ejusdem editionis. *lig. angl.* — *Liber pulcherrimus*.

545 —— Eædem. *Lugduni Batavor. Elzevirius*, 1675. *in* 12.° *lig. gal. ch. deaur.* — *Exemplar elegantissimum*.

546 S. Augustini Contra Academicos, & alia Opuscula. *Parmæ*, *Angelus Ugoletus*, 1491. *in f.°*

547 —— Meditationes, Soliloquia, & alia. *Venetiis*, 1491. *in* 4.°

548 —— De Salute, sive Aspiratione animæ ad Deum. *Tarvisii*, *Gerardus de Flandria*, 1471. *in* 4.° *lig. hol.*

Libellus elegantissime impressus est, a quo typographia Tarvisina initium fortasse sumpsit; in fine namque hæc sunt:

In

In laudem ſcriptoris epigramma
Gloria debetur Girardo maxima lixae.
Quem genuit campis Flandria picta ſuis.
Hic Taruiſina nam primus coepit in urbe.
Artifici raros aere notare libros.
Quoque magis faueant excelſi numina regis.
Aurelii ſacrum nunc manuale dedit.

TARVISII

M. CCCC. LXXI.

549 S. Auguſtini Sermones ad Fratres in Heremo. *Mutinæ, per Balthaſſarem de Struciis*, 1477. *in* 4.°

550 —— Iidem. *Mediolani, per Teutonicos*, 1484. *in* 4.° *lig. bol.*

551 —— Epiſtolæ. *Venetiis, Benalius*, 1494. *in* 4.°

552 —— Regula, cum expoſitione Hugonis de S. Victore, Latine & Italice. In fine: *Venetiis, per Bernardinum Faſianum, ſumptibus Canonicorum Regularium Lateranenſium, Menſe Aprili, Anno Domini MDLXI. in* 4.°

EXEMPLAR PULCHERRIMUM
IMPRESSUM IN MEMBRANIS.

553 S. Auguſtini Homelia de Kalendis Januarii, & Epiſtola Decretalis Sorbonæ contra Feſtum Fatuorum, a Jo. Savarone. *Pariſiis*, 1611. *in* 8.°

554 S. Aviti Alcimi Poemata, a Menrhado Molthero. *Basileæ*, 1545. *in* 8.°

555 —— Eadem, & Claudii Marii Victoris Poemata, & alia, a Joanne Gaigneio. *Lugduni*, 1536. *in* 8.°

556 —— Opera, a Jacobo Sirmondo. *Parisiis*, *Cramoisy*, 1643. *in* 8.° *lig. hol.*

557 Ven. Bedæ Opera omnia. *Basileæ*, *Hervagius*, 1563. *T. VIII. in f.° lig. hol.*

558 S. Bernardi Opera omnia, a Jo. Merlone Horstio. *Parisiis*, *e Typographia Regia*, 1642. *T. VI. in f.° lig. gal.*

559 —— Eadem, a Jo. Mabillonio Mon. S. Mauri. *Parisiis*, *Aubouyn*, 1690. *T. II. in f.° lig. gal.*

560 —— Eadem, a Jo. Mabillonio. *Parisiis*, *Montalant*, 1719. *T. II. in f.°*

561 —— Sermones super Cantica Canticorum. *Papiæ*, *per Nicolaum de Girardengis*, 1482. *in f.°*

562 —— Epistolæ, *Basileæ*, 1494. *in f.°*

563 Bibliotheca Maxima veterum Patrum, & aliorum Scriptorum Ecclesiasticorum, a Philippo Despont. *Lugduni*, *Anisson*, 1677. *& seq. T. XXVII. in f.° lig. gal.*

564 S. Brunonis Episcopi Herbipolensis Expositio in Psalterium. (*Norimbergæ*) *Anton. Koberger*, 1494. *in* 4.°

565 Canisii Henrici Lectiones Antiquæ; sive Thesaurus Monumentorum Ecclesiasticorum, cum additionibus & notis Jacobi Basnage. *Amstelodami*, *Wetstenii*, *Partes VII. Vol. IV. in f.°*

566 Cassiani Joannis Collationes Sanctorum Patrum. *Venetiis*, 1491. *in f.°*

567 —— Opera omnia, cum commentariis Alardi Gazæi. *Lipsiæ*, *Wetstenius*, *& Smith*, 1733. *in f.°*

568 Aur. Cassiodori Opera omnia. *Parisiis*, *apud Marcum Orry*, 1588. *in 4.°*

569 —— Complexiones in Epistolas & Acta Apostolorum & Apocalypsin, a Scipione Maffeio. *Florentiæ*, 1721. *in* 8.°

570 —— Eædem, a Samuele Chandlero. *Londini*, 1722. *in* 8.°

571 S. Cæcilii Cypriani Opera omnia, ad veritatem vetustissimorum exemplarium emendata. *Romæ*, *P. Manutius*, 1563. *in f.° lig. hol.* —— *Exemplar nitidissimum.*

572 —— Eadem a Joanne Fello. *Oxonii*, *Theat. Sheldon.* 1682. *in f.° lig. angl.*

573 —— Eadem, ex edit. Jo. Felli. *Bremæ*, 1690. *in f.° lig. gal.*

574 —— Eadem, ex editione Jo. Felli, cum Annalibus Cyprianicis & Historia chro-

chronologica Jo. Pearsoni. *Amstelodami*, 1700. *in f.°*

575 S. Cæcilii Cypriani Opera, a Stephano Baluzio, edente Prudentio Maran Mon. S. Mauri. *Parisiis, ex typ. Regia*, 1726. *in f.° lig. gal.*

576 —— Epistolæ, a Jo. Andrea Episcopo Aleriensi. *Romæ, Sweynheym & Pannartz*, 1471. *in f.° lig. bol.*

577 —— Eædem. *Venetiis, Vindelinus de Spira*, 1471. *in f.° lig. bol. — Exemplar pulcherrimum.*

578 —— Eædem. *Venetiis, Lucas Venetus*, 1483. *in f.°*

579 Dacherii Lucæ Spicilegium, sive Collectio veterum aliquot Scriptorum, qui in Galliæ Bibliothecis delituerunt. *Parisiis*, 1723. *T. III. in f.° lig. gal.*

580 S. Damasi Papæ Opera omnia, a Mario Milesio Sarazanio. *Romæ*, 1638. *in 4.° lig. bol.*

581 —— Eadem. *Parisiis*, 1672. *in* 8.° *lig. bol. — Acced.*

Priorii Philippi Dissertatio de Litteris Canonicis, cum Appendice de Tractoriis & Synodicis. *Parisiis*, 1675. *in* 8.°

582 S. Eucherii Commentarii in Genesim & in libros Regum, & alia, a Petro Ga-

Galesinio. *Romæ*, *P. Manutius*, 1564. *in f.°*

583 S. Eugypii Abbatis Africani Thesauri ex D. Augustini Operibus, edente Joanne Heroldo. *Basileæ*, 1542. *T.II. in f.°*

584 Faustini Presbyteri, Fidei Orthodoxæ adversus Arianos vindicis, Opera. *Oxoniæ.* 1678. *in* 8.°

585 S. Gaudentii Sermones; accesserunt Ramperti & Adelmani Opuscula, a Paulo Galeardo. *Patavii*, *Cominus*, 1720. *in* 4.°

586 Giliberti Abbatis Sermones super Cantica Canticorum. *Florentiæ*, *per Nicolaum*, 1485. *in f.° — Exemplar nitidissimum.*

587 S. Gregorii Papæ I. Magni Opera omnia, a Dionysio Sammarthano & Guillelmo Bessin Monachis S. Mauri. *Parisiis*, *Rigaud*, 1705. *T.IV. in f.° lig. bol.*

588 —— Moralia in Librum Job. *Absque ulla nota*, Sæc. XV. *in f.° mag.*

Ex editione pervetusta, & bibliographis præstantioribus ignota liber est; absque numeris, signaturis, & custodibus, charactere Germanico impressus. Folium primum ex aversa parte Monitum quodam habet de ipso

ipso opere, in duas columnas tributum, cujus initium: *Beatus gregorius papa librum beati iob petente sancto. Leandro spalense episcopo exponit*, &c. Sequuntur deinde sine ulla inscriptione Moralia, in duas itidem columnas distributa; quarum unaquæque lineis quadraginta & octo constat. In fine Tabula accedit, quæ foliis septem ac viginti continetur, & hunc titulum præfert: *Incipit registrum breue & vtile omnium punctorum tactorum in moralibus beati. Gregorij pape secundum ordinem alphabeti inferius annotatum.* Et hæc quidem Tabula, nec non Monitum, de quo dixi, in editione sequenti denuo prodiere. Exemplar integerrimum ac nitidissimum est.

589 S. Gregorii Papæ I. Moralia in Job, edente Dominico (de Dominicis) Episcopo Brixiensi. *Romæ, apud Sanctum Marcum*, 1475. *T. II. in f.° — Exemplar nitidissimum.*

590 —— Eadem. *Venetiis, per Reynaldum de Novimagio*, 1480. *in f.°*

591 —— Pastoralis Liber. *Romæ, per Joannem Besicken*, 1506. *in 4.°*

592 S. Gregorii Episcopi Turonensis Opera omnia, & Fredegarii Scholastici Epi-

tome & Chronicum, a Theodorico Ruinart Mon. S. Mauri. *Parisiis*, *Muguet*, *1699. in f.° lig. bol.*
593 S. Hieronymi Opera omnia, a Desiderio Erasmo. *Basileæ*, *Frobenius*, 1516. *T. IX. Vol. V. in f.°* — EDITIO PRINCEPS.
594 —— Eadem, a Jo. Martianæo Mon. S. Mauri. *Parisiis*, *1693–1706. T. V. in f.° lig. bol.*
595 S. Hieronymi Epistolæ, a Jo. Andrea Episcopo Aleriensi. *Romæ*, *in domo Petri de Maximo*, 1468. *T. II. in f.°* — *Exemplar nitidissimum*, *haud vero integerrimum*, *desunt siquidem paginæ duæ in volumine secundo*.
596 —— Eædem. *Venetiis*, *per Antonium Bartholomæi*, 1476. *T. II. in f.°* — *Exemplar splendidissimum*, *cum litteris initialibus depictis & auro exornatis*.
597 —— Eædem. *Parmæ*, 1480. *T. II. in f.°* — *Exemplar nitidissimum*.
598 —— Eædem. *Venetiis*, *Andreas de Torresanis*, 1488. *T. II. in f.°*
599 —— Eædem. *Venetiis*, *Bernardinus de Benaliis*, 1490. *T. II. in f.°*
600 —— Eædem, a Mariano Victorio. *Romæ*, *Paul. Manutius*, 1565. *in f.°*

601 S. Hieronymi Epistolæ, a Mariano Victorio. *Romæ*, *P. Manutius*, 1566. *T. III. in* 8.° *lig. bol.*

602 S. Hilarii Pictaviensis Episcopi Opera omnia, a Monachis S. Mauri. *Parisiis*, 1693. *in f.° lig. bol.*

603 Ven. Hildeberti & Marbodi Opera omnia, ab Antonio Beaugendre Mon. S. Mauri. *Parisiis*, 1708. *in f.°*

604 Hincmari Opera omnia, a Jacobo Sirmondo. *Parisiis*, 1645. *T. II. in f.°*

605 Hittorpii Michaelis De Divinis Catholicæ Ecclesiæ Officiis & Mysteriis varii vetustorum aliquot Ecclesiæ Patrum ac Scriptorum Ecclesiasticorum Libri, Auctarii loco Bibliothecæ Veterum Patrum adjuncti. *Parisiis*, 1610. *in f.°*

606 Hugonis de Sancto Victore De Sacramentis. *Argentinæ*, 1485. *in f.°*

607 —— De Institutione Novitiorum, De operibus trium dierum, De arra animæ, De laude caritatis, De modo orandi, Expositio duplex Orationis Dominicæ, De quinque septenis, De septem donis Spiritus Sancti, edente Jodoco Chlictoveo. *Parisiis*, *Henricus Stephanus*, 1506. *in* 4.°

608 Joannis Maxentii Opuscula Theologica, a Jo. Cochlæo. *Coloniæ*, 1526. *in* 8.°

609 S. Isidori Hispalensis Opera omnia, a Jacobo du Breul. *Coloniæ*, 1617. *in f.° lig. bol.*

610 —— Etymologiarum Libri XX. & de Summo Bono Libri III. *Venetiis*, *Petrus de Loslein*, 1483. *in f.° lig. bol.*

611 Juliani Eclanensis Episcopi Libellus Fidei missus ad Sedem Apostolicam in Causa Pelagianorum, edente Joanne Garnier. *Parisiis*, *Cramoisy*, 1668. *in* 4.°

612 Juliani Archiepiscopi Toletani De Futuro Sæculo Libri III. a Boetio Epone. *Duaci*, 1564. *in* 8.°

613 S. Ivonis Carnotensis Episcopi Opera omnia, cum notis Francisci Jureti, & Jo. Baptistæ Soucheti in Epistolas. *Parisiis*, 1647. *T. II. in f.°*

614 Lactantii Firmiani Opera. *Romæ*, *Sweynheim & Pannartz*, *in domo Petri de Maximo*, 1468. *in f.°* — *Exemplar nitidissimum, cum litteris initialibus depictis auroque exornatis: pagina tamen extrema est manu exarata ad typorum imitationem.*

615 —— Eadem. *Venetiis*, *Vindelinus de Spira*, 1472. *in f.°*

616 —— Eadem. *Venetiis*, *Andreas de Pal-*

Paltasichis & Boninus de Boninis, 1478. *in f.° lig. gal. ch. deaur.*

617 Lactantii Firmiani Opera. *Venetiis*, *Theodorus de Regazonibus*, 1490. *in f.°*

618 —— Eadem, a Mariano Tuccio. *Florentiæ*, *Junta*, 1513. *in* 8.°

619 —— Eadem, cum Apologetico Tertulliani, a Jo. Baptista Egnatio. *Venetiis*, *in Æd. Aldi*, 1515. *in* 8.° *ch. deaur.*

620 —— Eadem, cum Tertulliani Apologetico, ex emendatione Honorati Fascitellii, a P. Manutio. *Venetiis*, *hæred. Aldi*, 1535. *in* 8.° *lig. bol.*

621 —— Eadem, a Desiderio Erasmo. *Antuerpiæ*, 1555. *in* 8.°

622 —— Eadem, a Michaele Thomasio. *Antuerpiæ*, *Plantinus*, 1570. *in* 8.° *lig. bol.*

623 —— Eadem ab Antonio Thysio. *Lugduni Batav.* 1652. *in* 8.° *lig. bol.*

624 —— Eadem, cum not. var. a Servatio Gallæo. *Lugduni Batav. Hackius*, 1660. *in* 8.° *lig. bol.*

625 —— Eadem, a Thoma Spark. *Oxonii*, *Theat. Sheldon.* 1684. *in* 8.° *lig. bol.*

626 —— Eadem, ad fidem codicum tam impressorum, quam mss. recensita. *Cantabrigiæ*, *Hayes*, 1685. *in* 8.°

627 Lactantii Firmiani Opera, a Jo. Georgio Walchio. *Lipsiæ*, 1735. *in* 8.°

628 —— Eadem, a Christoph. Aug. Heumanno. *Gottingæ*, 1736. *in* 8.°

629 —— Eadem, a Jo. Ludolpho Bünemano. *Lipsiæ*, 1739. *in* 8.°

630 —— Eadem, a Nic. Lenglet Dufresnoy. *Parisiis*, 1748. *T. II. in* 4.° *lig. hol.*

631 —— Epitome Divinarum Institutionum, a Jo. Davisio. *Cantabrigiæ*, 1718. *in* 8.° — *Accedunt*

—— Symposium, a Christoph. Aug. Heumanno. *Hannoveræ*, 1722. *in* 8.°

M. Fab. Quintiliani De caussis corruptæ eloquentiæ, a Christophoro Cellario. *Gottingæ*, 1719. *in* 8.°

632 Lactantii Firmiani Liber de Mortibus persecutorum, a Joanne Columbo. *Aboæ*, 1684. *in* 8.° *lig. hol.*

633 —— Idem, cum not. var. a Paulo Bauldri. *Trajecti ad Rhen.* 1692. *in* 8.° *lig. gal.*

634 —— Aliud Exemplar ejusdem editionis, in quo: *Trajecti ad Rhen.* 1693. *in* 8.°

635 B. Lanfranchi Opera omnia a Luca Dacherio Mon. S. Mauri. *Parisiis*, 1648. *in f.*° *lig. gal.*

636 S. Leonis Papæ Sermones, a Jo. Andrea Episcopo Aleriensi. *Absque ulla nota*, Sæc. XV. *in f.°* — EDITIO PRINCEPS.

Exemplar integerrimum est atque admodum elegans splendidissimæ editionis, quam Romæ anno 1470. factam fuisse bene statuit Cl. Audifredius in Catalogo Romanarum editionum sæc. XV. p. 47.

637 S. Leonis Papæ Sermones, ex editione J. A. Ep. Aleriensis. *Venetiis, Lucas Venetus*, 1482. *in f.°*

638 —— Opera omnia, a Paschasio Quesnel. *Lugduni*, 1700. *T. II. in f.° lig. bol.*

639 —— Eadem, a Petro Thoma Cacciari. *Romæ*, 1751—53. *T. III. in f.° lig. bol.*

640 Luciferi Episcopi Calaritani Opera omnia, a Jo. Dominico & Jacobo Coletis. *Venetiis*, 1778. *in f.°*

641 Mabillon Joannis Vetera Analecta. *Parisiis*, 1723. *in f.° lig. gal.*

642 —— Museum Italicum. *Parisiis*, 1724. *T. II. in 4.°*

643 Marii Mercatoris Opera, a Jo. Garnier. *Parisiis*, 1673. *T. II. in f.° lig. gal.*

644 Martenne Edmundi & Ursini Durand Thesaurus novus Anecdotorum. *Parisiis*, 1717. *T. V. in f.° lig. gal.*

645 —— Collectio amplissima Veterum Scriptorum & Monumentorum. *Parisiis*, 1724–33. *T. IX. in f.° lig. gal.*

646 M. Minutii Felicis Octavius, cum not. var. a Jacobo Ouzelio; accedit Julius Firmicus Maternus de Errore profanarum Religionum, cum not. Jo. Wowerii. *Lugduni Batav.* 1652. *in* 4.°

647 —— Idem, cum not. var. a Jac. Ouzelio, addito Jul. Firmico Materno. *Lugduni Batav. Hackius*, 1672. *in* 8.° *lig. bol.*

648 —— Idem, & S. Cypriani libellus de Idolorum vanitate, cum notis Nicolai Rigaltii, & Julio Firmico Materno, cum not. Wowerii. *Oxoniæ*. 1678. *in* 12.°

649 —— Idem, cum not. var. a Joanne Davisio. *Londini* (1706). *in* 8.° *lig. angl.*

650 —— Idem, cum not. var. & Cypriano de Idolorum vanitate, ac Julio Firmico Materno, a Jacobo Gronovio. *Lugduni Bat.* 1709. *in* 8.° *lig. bol.*

651 —— Idem, cum Commodiani Instru-

ſtructionibus adverſus Gentium Deos, a Jo. Daviſio. *Cantabrigiæ*, 1712. *in* 8.° *lig. hol.*

652 M. Minutii Felicis Octavius, cum Cypriano de Idolorum vanitate, a Chriſtophoro Cellario. *Lipſiæ*, 1748. *in* 8.°

653 —— Idem, ex recenſione Daviſii. *Glaſguæ*, *Foulis*, 1750. *in* 8.°

654 Nicolai I. P. M. Epiſtolæ. *Romæ*, 1542. *in f.*°

655 —— Epiſtola ad Michaelem Imp. & alia. *Lipſiæ*, 1536. *in* 4.° *lig. hol.*

656 S. Optati de Schiſmate Donatiſtarum Libri VII. a Ludovico Ellies Du Pin. *Pariſiis*, 1700. *in f.*°

657 —— Iidem, ex editione Lud. Du Pin, cum notis variorum. *Antuerpiæ*, 1702. *in f.*°

658 Paſchaſii Radberti Opera omnia, a Jacobo Sirmondo. *Pariſiis*, *Morellus*, 1618. *in f.*° *lig. hol.*

659 S. Paulini Epiſcopi Nolani Opera omnia, a Frontone Ducæo & Heriberto Roſweido. *Antuerpiæ*, *Moretus*, 1622. *in* 8.° *lig. hol.*

660 Benedicti Paulini Petrocorii Poemata, & alia quædam ſacræ antiquitatis Fragmenta, cum not. var. a Chriſtiano

no

no Daumio. *Lipsiæ*, 1686. *in* 8.° *lig. bol.*

661 S. Petri Chrysologi Sermones, ab Agapito Vincentino. *Bononiæ*, 1534. *in* 4.°

662 S. Petri Damiani Opera omnia, a Constantino Cajetano. *Parisiis*, 1663. *in f.° lig. bol.*

663 Petri Blesensis Opera omnia, a Petro Gussanvillæo. *Parisiis*, 1667. *in f.° lig. bol.*

664 Pez Bernardi Thesaurus Anecdotorum novissimus. *Augustæ Vindel.* 1721–29. *T. V. in f.°*

665 S. Philastrii Liber de Hæresibus & Lanfranchi de Eucharistia, a Jo. Sichardo. *Basileæ*, 1528. *in* 8.°

666 —— - Liber de Hæresibus, a Jo. Alberto Fabricio. *Hamburgi*, 1721. *in* 8.° *lig. bol.*

667 Primasii Episcopi Uticensis super Apocalypsin B. Joannis Libri V. *Parisiis*, 1544. *in* 8.°

668 Rabani Mauri De Laudibus Sanctæ Crucis Libri II. *Phorcheim*, 1503. *in f.°*

669 Richardi de Sancto Victore Opera, studio Canonicorum Regularium Abbatiæ S. Victoris Parisiensis. *Parisiis*, *Berthelin*, 1650. *in f.°*

670

670 Richardi de Sancto Victore Libri VI. de Trinitate. *Parisiis*, *Henricus Stephanus*, 1510. *in* 4.°

671 Ruperti Abbatis Opera omnia. *Parisiis*, 1638. *T. II. in f.° lig. gal.*

672 Salviani Massiliensis Presbyteri de Gubernatione Dei Libri VIII. a Petro Pithœo. *Parisiis*, 1580. *in* 8.°

673 Salviani Massiliensis & Vincentii Lirinensis Opera omnia, a Stephano Baluzio. *Parisiis*, *Muguet*, 1669. *in* 8.° *lig. gal.*

674 Scoti Joannis Erigenæ De Divisione Naturæ Libri V; accedit Appendix ex Ambiguis S. Maximi, Gr. Lat. *Oxonii*, *Th. Sheldon.* 1681. *in f.° lig. angl.*

675 B. Servati Lupi Opera omnia, a Stephano Baluzio. *Antuerpiæ* (*Lipsiæ*), 1710. *in* 8.°

676 Stephani Abbatis S. Genovefæ Parisiensis, tum Episcopi Tornacensis Epistolæ, edente Claudio du Molinet. *Parisiis*, 1679. *in* 8.°

677 Q. Sept. Flor. Tertulliani Opera, a Beato Rhenano. *Basileæ*, *Frobenius*, 1521. *in f.° lig. bol.* — EDITIO PRINCEPS.

678 —— Eadem, ex edit. Nicolai Rigaltii. *Parisiis*, 1664. *in f.° lig. gal.*

679 Q. Sept. Flor. Tertulliani Opera, ex edit. Rigaltii, cum not. variorum. *Parisiis*, 1675. *in f.° lig. angl.*

680 —— Eadem, a Jo. Salomone Semlero. *Halæ Magdeb.* 1770. *T. VI. in* 8.°

681 —— Libri IX. scilicet De Oratione, Ad Uxorem Libri II. De Cultu Feminarum Libri II. De Exhortatione Castitatis, De Corona, De Præscriptionibus Hæreticorum, De Scorpiace, locis quamplurimis emendati, cum observationibus Nicolai Rigaltii. *Parisiis*, *Rob. Stephanus*, 1628. *in* 8.°

682 —— Apologeticus adversus Gentes. *Mediolani*, *Uldericus Scinzinzeler*, 1493. *in f.° — Acced.*

Flavii Josephi De Bello Judaico Libri VII. & Contra Apionem Libri II. Lat. ex versione Rufini. *Veronæ*, *Petrus Maufer*, 1480. *in f.°*

683 —— Tertulliani Apologeticus adversus Gentes. *Venetiis*, *per Bernardinum Benalium*, *sine anni nota*, *in f.°*

684 —— Idem. *Florentiæ*, *Junta*, 1513. *in* 8.°

685 —— Idem, & Minutii Felicis Octavius, a Desiderio Heraldo. *Parisiis*, 1613. *in* 4.° *lig. hol. — Acced.*

Q.

Q. Sept. Flor. Tertulliani Ad Nationes Libri duo, a Jacobo Gothofredo nunc primum editi. *Aureliopoli*, 1625. *in* 4.°

686 —— Apologeticus, & Liber ad Scapulam, & Minutii Felicis Octavius, ex nova recensione. *Cantabrigiæ*, 1686. *in* 12.° *lig. angl.*

687 —— Idem, cum not. var. a Sigeberto Havercampo. *Lugduni Bat.* 1718. *in* 8.° *lig. hol.*

688 —— De Pallio, a Claudio Salmasio. *Lugduni Bat.* 1656. *in* 8.° *lig. hol.*

689 —— De Præscriptionibus adversus hæreticos, cum notis. *Salisburgi*, 1752. *in* 8.° *lig. hol.*



THEO-

AUCTORES GRÆCI

690 Allatii Leonis Græcia Orthodoxa, Gr. Lat. *Romæ*, 1652. *T. II. in* 4.°

691 Bryennii Josephi Monachi Constantinopolitani Opera, edente Eugenio Diacono Bulgariæ, Gr. *Lipsiæ*, 1768. *T. II. in* 8.° *lig. hol.*

692 Cabasilæ Nicolai De Divino Altaris Sacrificio, & alia aliorum, Gentiano Herveto interprete. *Venetiis*, 1548. *in* 8.°

693 Catechesis Christianismi, Gr. cujus titulus Κατηχήσις τȣ̃ Χριστιανισμȣ̃ ἤγȣν Κεφάλαια τῆς ὑγιȣ̃ς διδαχῆς Χριστȣ̃ τε ἀυτȣ̃ καὶ τῶν Αποστόλων; accedunt Joachimi Camerarii Carmina Græca, quibus Christianismi Capita ad pueros comprehenduntur. *Absque ulla nota* (*Basileæ, sæc. XVI.*) *in* 8.° — *Liber rarus* — *Accedit*

Camerarii Joachimi Arithmologia, seu Indicationes variæ de Moribus, numeris comprehensæ; accesserunt Exempla diversa exercitii Rhetorici, Gr. *Basileæ, Oporinus*, 1551. *in* 8.° *lig. germ.*

694 Catechesis, sive Rudimenta Fidei Christianæ, edente Henr. Stephano, Gr. Lat. *Typis H. Stephani*, 1575. *in 16.° lig. angl.*

695 Confessio Orthodoxæ Catholicæ atque Apostolicæ Ecclesiæ Orientalis, Græce, cum interpretatione Latina, & Germanica, curante Carolo Gottlob. Hofmanno. *Wratislaviæ*, 1751. in 8.°

696 Doctrina Christiana, Græco vulgari idiomate alias tractata, nunc vero Latinis litteris mandata per L. V. Atheniensem, Gr. Lat. *Parisiis*, 1633. *in* 8.°

Auctorem esse puto *Leonardum Villarè* Atheniensem, Bibliothecæ Venetæ D. Marci custodiendæ olim præfectum.

697 Dosithei Patriarchæ Hierosolymitani Tomus Reconciliationis, in quo Scriptores varii Græci contra Latinos, Gr. *Jassii in Moldavia*, 1694. *in f.° lig. bol.*

698 Ecclesiarum Belgicarum Didascalia, scilicet Confessio, Catechesis, Liturgia, & Canones Ecclesiastici, Gr. *Lugduni Batav. Elzevirius*, 1648. *in* 4.° *lig. bol.*

699 Euchologium, sive Rituale Græcorum, Græce, cum versione Latina & Commentariis Jacobi Goar. *Parisiis*, 1647. *in f.° lig. bol.*

700 Explanatio quinque Capitum Definitionis Generalis Florentinæ Synodi, jam olim pie conſcripta, nunc vero ad communem Græcorum utilitatem, vernaculo eorum ſermone donata, falſo antea Gennadio Patriarchæ adſcripta Gr. *Romæ*, *typis Sac. Congr. de Propag. Fide*, 1628. *in* 4.° *lig. bol.*

701 Hieremiæ Patriarchæ Conſtantinopolitani Cenſura Orientalis Eccleſiæ de præcipuis noſtri ſæculi hæreticorum dogmatibus, a Stanislao Socolovio Latine reddita, & notis illuſtrata. *Pariſiis*, 1584. *in* 8.° *lig. bol.*

702 Menologium Græcorum, juſſu Baſilii Imp. olim editum, ſtudio Annibalis Card. Albani, Gr. Lat. *Urbini*, 1727. *T. III. in f.°*

703 Nectarii Patriarchæ Hieroſolymitani Confutatio imperii Papæ in Eccleſiam, Latine ex verſione P. Allix. *Londini*, 1702. *in* 8.° *lig. bol.*

704 Pepani Demetrii Domeſtici Chii Opera Gr. Vulg. & Lat. ex verſione Bernardi Stephanopuli. *Romæ*, 1781. *T. II. in* 4.°

705 Richardi Franciſci e Societate Jeſu Advocatus animarum Purgatorii, Gr. *Pariſiis*, *Cramoiſy*, 1657. *in* 8.° *lig. bol.*

706 Abælardi Petri & Heloisæ conjugis ejus Opera, ab Andrea Quercetano. *Parisiis*, 1616. *in* 4.° *lig. gal.* — *Exemplar venustum.*

707 Alberti Magni De Mysterio Missæ. *Ulmæ, per Joannem Czeyner de Reutlingen*, 1473. *in f.°*

708 de Ales Alexandri, Commentarius in tertium Librum Sententiarum. *Venetiis, Joan. de Colonia & Joan. Manthen*, 1475. *in f.°*

709 Alethæi Theophili Discursus politicus de Polygamia. *Friburgi*, 1676. *in* 8.°

710 —— Polygamia triumphatrix, ideft Discursus de Polygamia, cum notis Athanasii Vincentini. *Londini Scanorum*, 1682. *in* 4.°

711 Allatii Leonis De utriusque Ecclesiæ Occidentalis atque Orientalis perpetua in dogmate de Purgatorio consensione. *Romæ*, 1655. *in* 8.°

712 de Alliaco Petri Tractatus & Sermones Theologici. *Argentinæ*, 1490. *in f.°*

713 de Ancona Augustini (Triumphi) Summa de Ecclesiastica potestate. *Augustæ*, 1473. *in f.°*

714 Annofi Fidelis Veterani, Marci Antonii de Dominis Hypocrifis detecta, feu Cenfura in ejus libros de Republica Ecclefiaftica. *Antuerpiæ*, *Plantinus*, 1620. *in* 8.° — *Accedunt*

Philalethæi Bellini Difquifitio in Imaginem M. A. de Dominis. *Palatii*, 1619. *in* 8.°

Boudot Pauli Pythagorica M. A. de Dominis nova Metempfychofis. *Antuerpiæ*, 1617. *in* 8.° *lig. gal.*

715 L. Antiftii Conftantii De Jure Ecclefiafticorum Liber fingularis. *Alethopoli*, 1665. *in* 8.°

716 S. Antonii de Padua Sermones Quadragefimales. *Parifiis*, *Badius*, 1521. *in* 8.° *lig. gal. char. deaur.*

717 S. Antonini Summa Confeffionum, feu Interrogatorium (alias Confeffionale). *In Monte Regali*, *per Antonium Matthiæ Antuerpienfem & Balthaffarem Corderium*, 1472. *in* 4.° — *Exemplar integerrimum.*

Editio elegans, charactere Romano, præcipuis bibliographis ignota, apud quos de nullo libro conftat anno 1472. in Monte Regali typis edito. Hujus ad calcem hæc impreffa funt:

Ex-

Explicit summa confessionum seu interrogatorium pro simplicibus confessoribus editum ab Archiepiscopo florentino uidelicet fratre Antonino ordinis predicatorum. Finita in monte regali: anno domini. M. CCCC. LXXII. die. XXIIII. mensis octobris.

Quem genuit quondam germana Antuuerpia potens
Mathiæ Antonius uirtute insignis & arte
Baldasar & socius corderius omnia supra
Vtile opus cunctis finxerunt Antonianam
Arte noua formæ: quæ correctissima certe
Ordine cuncta suo nos crimina nostrà fateri
Instruit: & lepram inter lepram noscere quanque
Hoc opus hoc nostram sic continet ecce salutem.

718 S. Antonini Confessionale. *Absque loci & typographi nota*, 1472. *in* 4.° — *Exemplar nitidum editionis admodum raræ.*

719 —— Idem. *Venetiis*, *per Bartholomæum de Cremona*, 1473. *in* 4.°

720 —— Tractatus de Excommunicationibus. *Absque ulla nota*, Sæc. XV. *charact. semigot. in* 4.°

721 —— Tractatus de Excommunicationibus & de Matrimonio. *Venetiis*, *Jo. de Colonia*, *& Jo. Manthen*, 1474. *in* 4.°

722 S. Antonini Summa Theologica. *Venetiis*, 1481. *T. IV. in f.°*

723 de Arimino Gregorii Lectura super primum Librum Sententiarum. *Parisiis, per Gulielmum Militis*, 1482. *in f.°*

724 de Bandellis Vincentii Libellus recollectorius de veritate Conceptionis Beatæ Virginis Mariæ. *Mediolani, Christophorus Valdarfer*, 1475. *in* 4.°

Liber admodum rarus, in Catalogo Librorum Ducis de la Valliere n. 570. descriptus. Bandelli nomen haud is quidem præfert; ab eo tamen prodiisse satis constat.

725 Baptistæ Joannis gratia Dei ex Judæo Christiani Confutatio Hebraicæ sectæ. *Romæ, Eucharius Silber*, 1500. *in* 4.°

726 Barlettæ F. Gabrielis Sermones. *Hagenau, in officina Henrici Bran*, 1518. *in* 4.°

727 Barlovii Thomæ Papismus regiæ potestatis eversor. *Londini*, 1681. *in* 8.° — *Acced.*

Lucii Cornelii Europæi Monarchia Solipsorum & Conclave Ignatii. *Londini*, 1681. *in* 8.° *lig. hol.*

728 Barocii Petri De modo bene moriendi, Consolatorii Libri III. & alia. *Venetiis*, 1531. *in* 8.° *lig. hol.*

729 Basadonna Joannis, Patricii Veneti, Dialogi V. De veriori mortalium fine ac felicitate, De intellectuali natura Dei ac divina sapientia, De singularium ac rerum omnium cognitione ab intellectu Divino, De admirabili Dei Providentia ac mortalium cura, De Divina electorum Prædestinatione. *Venetiis, per Joannem Tacuinum*, 1518. *in* 4.°

Exemplar pulcherrimum est, charta magna impressum, foliis deauratis, litteris initialibus depictis & auro exornatis; necnon insigni gentilitio Leonardi Lauredani Ducis Venetiarum, cui liber inscriptus est, itidem picto & auro distincto.

730 Basset Josuæ Ecclesiæ Theoria nova Dodwelliana exposita. *Londini*, 1713. *in* 8.°

731 Bastwich Joannis Elenchus Religionis Papisticæ. *Londini*, *Jonis*, 1627. *in* 8.°

732 Beconi Thomæ Comparatio Cœnæ Sacrosanctæ D. N. Jesu Christi, & Missæ Papisticæ. *Basileæ*, *Oporinus*, 1559. *in* 8.° — *Acced.*

Diallacticon Viri boni & litterati de veritate, natura, atque substantia Corporis & Sanguinis Christi in Euchari-

ſtia. Bertrami De Corpore & Sanguine Domini. *Abſque loci & typographi nomine*, 1557. *in* 8.° *lig. hol.*

733 Bellarmini Roberti Diſputationes de Controverſiis Chriſtianæ Fidei. *Pariſiis, ex officinis Tri-Adelphorum Bibliopolarum*, 1613. *T.IV. in f.° lig. gal.*

734 Beveregii Guillelmi. Codex Canonum Eccleſiæ primitivæ vindicatus ac illuſtratus. *Londini*, 1678. *in* 4.°

735 Beverlandi Hadriani Peccatum Originale philologice elucubratum a Themidis alumno. *Eleutheropoli, in Horto Heſperidum, Typis Adami & Evæ Terræ filii*, 1678. *in* 8.° *lig. gal. chartis deauratis.*

736 —— Idem De ſtolatæ Virginitatis jure Lucubratio Academica. *Lugduni Batav.* 1680. *in* 8.° *lig. gal. chartis deauratis.*

737 Bezæ Theodori Epiſtolarum Theologicarum Liber unus. *Genevæ, apud Euſtathium Vignon*, 1578. *in* 8.°

738 Bibliandri Theodori Concilium ſacroſanctum D. N. Jeſu Chriſti, Angelorum, Apoſtolorum, Prophetarum, Regum, Epiſcoporum, & Doctorum excellentium in Eccleſia Dei Catholica, in quo demonſtratur, quomodo poſſit ac debeat pereunti populo Chriſtiano ſuccurri per le-

legitimam Ecclesiæ reformationem, & alia. *Basileæ, Oporinus*, 1552. *in* 8.° *lig. hol.* — *Acced.*

Bibliandri Theodori Amplior Consideratio Decreti Synodalis Tridentini De authentica doctrina Ecclesiæ Dei, De Latina veteri translatione Sacrorum Bibliorum, De Catholica & Orthodoxa expositione Scripturæ Sanctæ, De Librorum publicatione per typographiam. *Absque loci, & typographi nomine*, 1551. *in* 8.°

739 —— Epistolæ doctorum Virorum, quibus Eucharistiæ & Anabaptismi negotium, aliaque Religionis capita continentur. *Absque loci ac typ. nomine*, 1548. *in f.° lig. hol.*

740 S. Birgittæ Revelationes. *Nurembergæ, in officina Federici Peypus, sumptibus & impensis Joannis Kobergers*, 1517. *in f.° lig. hol.* — *Editio perrara.*

741 —— Eædem. *Nurembergæ, per Antonium Koberger*, 1521. *in f.° lig. gal. chartis deauratis.*

742 —— Eædem. *Romæ, per Franciscum Mediolanensem*, 1557. *in f.°*

743 Onus mundi ideſt Prophetia de malo superventuro ipsi mundo (ex Revelationibus Sanctæ Birgittæ); Sermo defen-

ſionum, probationum, ac expoſitionum divinitus inſpiratarum Revelationum a ſponſo Jeſu Chriſto generoſæ Dominæ Sanctæ Birgittæ. Oratio in laudem ejuſdem Sanctæ Birgittæ. *Romæ*, *Eucharius Franck*, 1485. *in* 4.° *lig. hol.* — *Exemplar nitidiſſimum.*

Quantæ raritatis liber hic ſit, ſatis ex eo conſtat, quod Lairius (*p.* 260) & Audifredius (*p.* 273) de Romanis ſæculi XV. editionibus differentes, hanc ipſam editionem in dubium plane revocent. Jam vero liber, Maittairio (*T. IV. p.* 467) aliiſque memoratus, ſe ſe modo offert, charactere Romano eleganter impreſſus, annotatione hujuſmodi inter *Sermonem defenſionum*, & *Orationem* poſita:

Revelationum excerptarum quas iam pro parte impletas conſpicimus adhuc etiam implendas futuro cum gemitu expectamus ac earum reuelationum que onus mundi non iniuria intitulantur & ſermonis defenſionum probationum ac expoſitionum reuelationum generoſe uidue domine Birgitte Principiſſe Neretie ex Regno Suetie diuinitus inſpiratarum Etiam regule a chriſto ſponſo eidem tradite ab ea poſtea in lucem edite per Gregorium undecimum

Pon-

Pontificem maximum approbate opuſcula Illuſtriſſimi Principis domini Georgii Comitis Palatini Rheni Inferioris ſuperioriſque Bavarie Ducis Magnificentiſſimi impenſis ob ſingularem eius in religionem deuotione & affectu directione ac cura Fratris Bolfgangi Sandizeller prefati Principis familiaris arteque & diligentia & caractere polito & emendato Magiſtri Eucharii Franck in Vrbe Roma omnium Principe & patria impreſſione cultiſſimi finiunt Anno Salutis . M.ccccLxxxv. die uero prima menſis Octobris. — Accedunt

Gerſone Giovanni. Della Imitazione di Criſto e del diſpregio del Mondo, Libri III. con una Epiſtola di Giovanni Neapolitano a Silvia Vergine, la quale eſorta alla Religione. *Venezia*, 1488. *in* 4.°

Graſſelli Antonio, Prete Veneziano. Trattati *de gratia recuperanda*, dell'Euchariſtia e dell'Eſtrema Unzione. *Venezia*, 1487. *in* 4.°

Simone da Leſina, Prete. Specchio della Salute, o ſia Trattato del Batteſimo, ed Eſpoſizione ſopra la Simonia. *Venezia*, 1486. *in* 4.°

744 Bonum Univerſale de proprietatibus Apum,

Apum, seu Tractatus de Prælatis & Subditis. *Absque ulla nota*, Sæc. XV. *in f.°*

Editio eadem est, quam Guillelmus Burius describit in Catalogo Librorum Ducis de la Valliere n. 1085. & anno circiter MCCCCLXXII. factam fuisse existimat: non tamen lineis 35. qualibet columna constat, ut ille scribit, at plerumque lineæ 39. sunt, ac nonnunquam 40. Opus *Thomæ Cantipratensi* Ordinis Prædicatorum tribui consuevit; cum vero nedum præceptis, sed etiam exemplis refertum sit, ad historiam potissimum medii ævi cognoscendam sæpe conducit. At exemplar hoc libri plane rarissimi ad calcem folia undecim mutila habet.

745 Bossi Matthæi Dialogus de veris & salutaribus animi gaudiis. *Florentiæ, Franciscus Bonaccursius*, 1491. *in 4.° lig. bol.* — *Exemplar elegantissimum, cum literis initialibus depictis, tota prima pagina itidem figuris & auro exornata, chartisque deauratis.*

746 —— De instituendo sapientia animo. *Bononiæ, Plato de Benedictis*, 1495. *in 4.°*

747 Boverii Zachariæ Parænesis Catholica ad M. Antonium de Dominis olim Archie-

chiepiſcopum Spalatenſem. *Lugduni*, 1618. *in* 8.° *lig. hol.*

748 Breviarium Monaſticum ſecundum conſuetudinem Monachorum Unitatis Ordinis Sancti Benedicti, ſeu Congregationis de Obſervantia Sanctæ Juſtinæ. *Venetiis*, *Erbardus Ratdolt*, 1483. *in* 8.°

Exemplar elegantiſſimum eſt, Impressum In Membranis, cum litteris initialibus, Sanctorum imaginibus, aliiſque figuris depictis, & auro exornatis. In fine hæc ſunt:

Caſtigavit me thomaſius monachus. Is opera ſtudioque ſuo effecit: ut ſim nulla in parte mendoſum.

Erhardus Radolt germanus auguſtæ ſatus breviarium hoc ſecundum conſuetudinem congregationis ſanctæ iuſtinæ ſiue ordinis ſancti benedicti ordinatum ſumma cura ac diligentia maxima imprimendum curavit. Anno. Salutis noſtræ. MCCCCLXXXIII. *Pridie calen. Maij. Venet.*

749 Breviarium ad uſum Fratrum Minorum de Obſervantia, emendatum per Fratrem Philippum de Rotingo. *Venetiis*, *per Nicolaum de Franckfordia*, 1489. *in* 12.°

750 Breviarium ad uſum Fratrum Prædica-

ca-

catorum. *Venetiis*, *per Andream de Torresanis*, 1494. *in f.°*

751 Bruni Conradi De Hæreticis Libri VI. S. Optati Milevitani De Donatiſtis Libri VI. *Moguntiæ*, 1549. *in f.° lig. hol.* — *Acced.*

Bruni Conradi De Seditionibus Libri VI. cum triplici Appendice Jo. Cochlæi. *Moguntiæ*, 1550. *in f.°*

752 Bruti Petri Victoria contra Judæos. *Vincentiæ*, *per Simonem Bevilaquam*, 1489. *in f.°*

753 Budæi Gulielmi De Tranſitu Helleniſmi ad Chriſtianiſmum Libri III. *Pariſiis*, *Math. David*, 1556. *in f.°*

754 Buddei Joannis Franciſci Inſtitutiones Theologiæ Moralis. *Jenæ*, 1721. *in* 4.° — *Acced.*

—— Conſpectus Theologiæ Dogmaticæ. *Lipſiæ*, 1724. *in* 4.°

755 Burnetii Thomæ De Statu Mortuorum & Reſurgentium. *Londini*, 1726. *in* 8.° *lig. hol.*

756 —— Idem opus. *Londini*, 1733. *in* 8.° *lig. gal.*

757 Camerarii Bartholomæi De Purgatorio Igne Dialogi II. *Romæ*, *Bladus*, 1557. *in* 4.°

758 Campanellæ Thomæ Atheiſmus triumphatus, ſeu reductio ad Religionem per ſcientiarum veritates. *Romæ*, 1631. *in f.°* *lig. hol.*

759 Campegii Thomæ De Auctoritate & poteſtate Romani Pontificis; & alia Opuſcula. *Venetiis*, *P. Manutius*, 1555. *in* 8.° *lig. hol.*

760 Capreoli Heliæ Dialogus de Confirmatione Fidei Chriſtianæ. *Brixiæ*, 1497. *in* 4.°

761 de Caſtro Alphonſi Adverſus omnes hæreſes Libri XIV. *Pariſiis*, *apud Aſcenſium*, 1534. *in f.°* — *Editio optima*, *eaque inventu difficilis; de qua Burius in Bibliographia n.* 600.

762 Catechiſmus ex decreto Concilii Tridentini ad Parochos, Pii V. P. M. juſſu editus. *Romæ*, *P. Manutius*, 1566. *in f.°* *lig. hol.* — *Exemplar luculentiſſimum*.

763 Idem. *Venetiis*, *Aldus*, 1582. *in* 8.° *lig. hol.*

764 Idem, cum notis Andreæ Fabricii. *Antuerpiæ*, 1591. *in* 8.° *lig. hol.* — *Acced.*

Concilii Tridentini Canones & Decreta. *Antuerpiæ*, 1586. *in* 8.°

765 Celſi (Maphæi) Veronenſis Canonici

ci Regularis Lateranensis Congregationis Dissuasoria ne Christiani Principes Ecclesiasticos usurpent census. *Bononiæ, Plato de Benedictis*, 1494. *in* 4.° — *Acced.*

—— Defensiones Canonicorum Regularium in causa præcedentiæ contra Ordinem Monasticum. *Venetiis*, 1487. *in* 4.°

766 de Chaimis Bartholomæi Interrogatorium, sive Confessionale. *Mediolani*, *Christophorus Valdarfer*, 1474. *in* 8.°

767 de Clemangiis Nicolai Opera omnia, cum notis Jo. Martini Lydii. *Lugduni Batav.* 1613. *in* 4.°

768 —— De Lapsu & Reparatione Justitiæ. *Parisiis*, 1609. *in* 4.° *lig. hol.*

769 Clichtovei Judoci De Laude Monasticæ Religionis. *Parisiis*, *Henr. Stephanus*, 1513. *in* 4.°

770 —— De Vita & moribus Sacerdotum. *Parisiis*, *Henr. Stephanus*, 1519. *in* 4.° — *Acced.*

—— De doctrina moriendi. *Parisiis*, *Colinæus*, 1520. *in* 4.°

771 —— De Mystica numerorum significatione, eorum præsertim qui in sacris litteris usitati habentur. *Parisiis*, *H. Stephanus*, 1513. *in* 4.° — *Acced.*

Vi-

Viti Richardi Elia Lælia Crispis, Epitaphium antiquum quod in agro Bononiensi adhuc videtur, explicatum. *Patavii*, 1568. *in* 4.°

772 de Colonia Fr. Joannis Quæstiones Joannis Scoti super quatuor Sententiarum Libros, Metaphysicam, de Anima, & Quodlibet, abbreviatæ. *Venetiis*, *Vindelinus de Spira*, *absque anni nota*, *in* 4.°

773 Compendium Deprecationum, cum multis Orationibus noviter additis. *Venetiis*, *per Jacobum Pentium*, 1505. *in* 16.° — *Orationes multæ insunt*, *quæ ad risum quidem movent*, *non ad pietatem*.

774 Compendium Theologicæ Veritatis, cum Indice rerum addito per Thomam de Dorniberg anno MCCCCLXXIII. *Absque ulla nota*, Sæc. XV. *in f.*°

Liber ex eadem editione est, quam Guillelmus Burius refert in Catalogo Librorum Ducis de la Valliere n. 555. & *Petro Drach typographo Spirensi* tribuit.

775 Confessio Fidei exhibita Imp. Carolo V. in Comitiis Augustæ an. 1530. cum Apologia ejusdem, Lat. German. *Viteberga*, *per Georgium Rhau*, 1540. *in* 4.°

776

776 Consilium delectorum Cardinalium & aliorum Prælatorum de emendanda Ecclesia; accesserunt duæ Epistolæ Casparis Contareni Cardinalis. *Juxta exemplar, quod Coloniæ Melchior Novesianus excudebat an.* 1538. *in* 12.° *lig. hol.* — *Editio recens.*

777 Contareni Casparis Card. Epistolæ duæ ad Paulum III. P. M. de Potestate Pontificis in usu Clavium & compositionibus: *Florentiæ*, 1558. *in* 8.°

778 Cortesii Pauli De Cardinalatu Libri III. In fine: *Symeon Nicolai Nardi Senensis alias Rufus Calchographus imprimebat in Castro Cortesio die decimaquinta Novembris. M. CCCCC. X. in f.°* — *Liber admodum rarus, exemplar vero splendidissimum, charta magna impressum.*

779 Crichtoni Guilielmi De Fide Humana (in Religionis negotio) Libri IV. *Trajecti ad Viadrum*, 1771. *in* 8.°

780 Declaratio Sac. Cæsareæ Majestatis, Quomodo in negocio Religionis per Imperium, usque ad definitionem Concilii generalis, vivendum sit, in Comitiis Augustanis xv. Cal. Maj. an. 1548. proposita & publicata. Formula Reformationis per Cæsar. Majestatem Statibus Eccle-

clesiasticis in Comitiis Augustanis ad deliberandum proposita. *Augustæ Vindel. Philip. Vlhardus excud. in* 4.° *lig. bol.* — *Accedunt*

S. Joannis Chrysostomi Enarratio particulæ ex Epistola D. Pauli ad Corinthios, interprete Hieronymo Donato. *Brixiæ*, 1496. *in* 4.°

Capreoli Heliæ Dialogus de Confirmatione fidei Christianæ. *Brixiæ*, 1497. *in* 4.°

781 Defensor Pacis, seu Opus insigne, cui titulum fecit Auctor *Defensorem Pacis*, quod quæstionem illam jam olim controversam de potestate Papæ & Imperatoris excussissime tractet, nunc in lucem primum editum, cum Præfatione Licentii Evangeli Sacerdotis. *Absque loci ac typographi nomine*, 1522. *in f.*°

Auctor est *Marsilius Patavinus*, liber autem inventu difficilis.

782 Durandi Guillelmi Rationale Divinorum Officiorum. *Moguntiæ*, *per Joannem Fust & Petrum Schoyffer de Gernzheym*, 1459. *in f.*° — EDITIO PRINCEPS.

EXEMPLAR SPLENDIDISSIME IMPRESSUM IN MEMBRANIS, *cum litteris*

initialibus depictis. Est vero liber ob insignem raritatem celeberrimus.

783 Durandi Guillelmi Rationale Divinorum Officiorum. *Ulmæ, per Joannem Zeiner*, 1473. *in f.° — Exemplar nitidissimum.*

784 Echarti Henrici Papa Pharisaizans. *Jenæ*, 1605. *in* 8.° — *Acced.*

Mergileti Andreæ Papa homo peccati &c. *Lipsiæ*, 1607. *in* 8.° *lig. hol.*

785 Epistolæ Ecclesiasticæ & Theologicæ præstantium ac eruditorum Virorum. *Amstelodami*, 1684. *in f.° lig. hol.*

786 Erasmi Desiderii Spongia adversus aspergines Hutteni. *Basileæ*, *Frobenius*, 1524. *in* 8.° *lig. hol.*

787 Erythræi Jani Nicii Documenta Sacra. *Coloniæ Ubior.* 1645. *in* 8.° *lig. hol.* — *Accedunt*

—— Opuscula Spiritualia. *Coloniæ Ubior.* 1648. *in* 8.°

—— Dialogi duo. *Coloniæ*, 1643. *in* 8.°

788 Fabri Jacobi, Stapulensis, Liber Trium Virorum & trium Spiritualium Virginum, in quo sunt Hermæ Pastor, Uguetini Monachi Visio, Fratris Roberti Sermones & Visiones, Hildegardis Virginis Visiones, Elizabeth Virginis Libri

bri VI. Mechtildis Virginis Libri V. *Parisiis*, *Henr. Stephanus*, 1513. *in f.°* *lig. gal.*

789 Flaccii Matthiæ, Illyrici, Catalogus testium veritatis, qui ante nostram ætatem Papæ reclamarunt. *Basileæ*, *Oporinus*, 1556. *in* 8.° *lig. germ.*

Liber eximiæ raritatis, olim Joannis Alberti Widmanstadii, qui an. 1555. Vindobonæ Novum Testamentum Syriace edidit.

790 Flaccii Matthiæ, Illyrici, De Sectis, dissensionibus, contradictionibus, & confusionibus doctrinæ, religionis Scriptorum & Doctorum Pontificiorum. *Basileæ*, *per Paulum Quæckum*, 1565. *in* 4.° *lig. bol.*

791 Florentii Adriani (postea Adriani VI. P. M.) Quæstiones in Quartum Librum Sententiarum. *Parisiis*, *Badius*, 1516. *in f.°*

792 —— Quæstiones Quodlibeticæ. *Lovanii*, 1518. *in f.°*

793 Francisci Archiepiscopi Rothomagensis Apologia Evangelii pro Catholicis. *Parisiis*, 1625. *in f.°* *lig. gal.*

794 de Gaieta Stephani Sacramentale Neapolitanum illustratum. *Neapoli*, *Judocus Havenstain*, 1475. *in f.°*

Exemplar nitidissimum libri maxime rari, at in quo folia septem, quæ prolegomena continent, initio desunt, quatenus cognoscere licet ex Catalogo Librorum Ducis de la Valliere n. 618.

795 de S. Geminiano Joannis Dialogus Christi & Latronis de finali pœnitentia & Dei larga pietate & misericordia; accedit Dialogus B. Virg. Mariæ & Peccatoris. *Absque ulla nota*, Sæc. XV. *in* 4.°
— *Accedunt*

Alberti Magni Sermones XXXII. de Sacramento Eucharistiæ. *Coloniæ*, *Henricus Quentell*, 1498. *in* 4.°

796 Gersonii Joannis Opera omnia, a Lud. Ellies du Pin. *Hagæ-Comitum*, *Petrus de Hondt*, 1728. *T. V. in f.° lig. hol.*

797 Giberti Jo. Matthæi Opera, a Petro & Hieronymo Balleriniis fratribus. *Veronæ*, 1733. *in* 4.°

798 Gratii Orthuini Fasciculus rerum expetendarum ac fugiendarum. *Coloniæ*, *absque typographi nomine*, 1535. *in f.° lig. hol.*

799 ——— Idem, cum Appendice Edwardi Brown. *Londini*, *Chiswell*, 1690. *T. II. in f.° lig. angl.*

800 Grotii Hugonis Opera omnia Theologica. *Amſtelodami*, *Blaeu*, *1679*. *T. IV. in f.° lig. gal.*

801 —— Eadem. *Baſileæ*, 1732. *T. IV. in f.° lig. bol.*

802 —— De Veritate Religionis Chriſtianæ Libri VI. *Amſtelodami*, *Elzevirius*, *1669. in* 12.° *lig. gal.*

803 —— Iidem. *Amſtelodami*, *Elzevirius*, 1675. *in* 12.° *lig. bol.*

804 —— Iidem. *Amſtelodami*, *Wetſtenius*, 1684. *in* 8.° *lig. bol.*

805 —— Iidem. *Amſtelodami*, *Wetſtenius*, *1696. in* 8.° *lig. gal.*

806 —— Iidem, edente Jo. Clerico. *Amſtelodami*, 1709. *in* 8.° *lig. gal.*

807 —— Iidem, ex editione Jo. Clerici. *Hagæ-Comitum*, 1724. *in* 8.° *lig. gal.*

808 —— Iidem, adjeĉtis Ern. Salomonis Cypriani Analeĉtis. *Lipſiæ*, *1726. in* 8.°

809 Guadagnoli Philippi Apologia pro Chriſtiana Religione, qua reſpondetur ad objeĉtiones Ahmed filii Zin Alabedin, Perſæ Aſphahenſis, contentas in Libro inſcripto *Politor Speculi*. *Romæ*, *Typ. Cong. de Prop. Fide*, 1631. *in* 4.° *lig. bol.*

810 Hadriani Cardinalis De Vera Philoſophia, ex quatuor Doĉtoribus Eccleſiæ.

Bononiæ, *Jo. Ant. de Benedictis*, 1507. *in* 4.° — *Liber perrarus*.

811 —— Idem liber. *Romæ*, *Jacobus Mazocbius*, 1514. *in* 4.° *lig. hol.*

812 Hammond Henrici Dissertationes quatuor, quibus jura Episcopatus adstruuntur. *Londini*, 1651. *in* 4.° — *Acced.*

Presbyterorum Vindiciæ, cujusdam Epistolæ responso delineatæ a J. G. *Absque loci ac typographi nomine*, 1661. *in* 8.°

813 Heidani Abrahami Considerationes ad res quasdam nuper gestas in Academia Lugduno-Batava. *Hamburgi*, 1678. *in* 8.° — *Accedunt*

Spanhemii Friderici De novissimis circa res Sacras in Belgio dissidiis, Epistola ad Amicum responsoria. *Lugd. Bat.* 1676. *in* 8.°

Farelli Galeni Dissertatio Historica, sive Epistola ad Amicum Responsoria de novissimis in Belgio litibus circa Philosophica & Theologica &c. *Sine loco*, 1677. *in* 8.°

814 Henrici VIII. Regis Angliæ Assertio septem Sacramentorum, adversus Martinum Lutherum. *Londini*, *in ædibus Pynsonianis*, 1522. *in* 4.° *lig. angl.*

815 —— Eadem. *Lugduni*, *Rovillius*, 1561. *in* 4.° *lig. hol.* — *Acced.*

Hen-

Henrici VIII. Reg. Angliæ Epiſtola ad Carolum Cæſ. Aug. ceteroſque orbis Chriſtiani Monarchas, populumque Chriſtianum, qua cauſſas oſtendit, cur Vincentiam ad Concilium Generale non ſit venturus. *Londini, in ædibus Th. Berthe-leti*, 1538. *in* 8.° — *Libellus rariſſimus*.

816 S. Hildegardis Epiſtolæ, Quæſtiones, & alia, a Juſto Blanckvualt. *Coloniæ*, 1566. *in* 4.°

817 Hoſii Stanislai De expreſſo Dei Verbo. *Romæ, Valerius Doricus*, 1559. *in* 8.°

818 —— Confeſſio Catholicæ Fidei Chriſtiana. *Romæ, P. Manutius*, 1565. *in* 4.° *lig. hol.*

819 Hugonis Cardinalis Expoſitio Miſſæ. *Abſque ulla nota*, Sæc. XV. *in* 4.° — *Acced.*

Ars bene moriendi. *Abſque ulla nota*, Sæc. XV. *in* 4.°

Libellus uterque ex una eademque editione eſt, charactere Romano, ſine numeris, ſignaturis & cuſtodibus.

820 Hugonis Cardinalis Speculum Eccleſiæ. *Abſque ulla nota*, Sæc. XV. *in* 4.°

Opella eadem eſt, quæ in editione ſuperiori

riori *Expositio Missæ* inscribitur. Charactere gothico impressa est, sine numeris, signaturis & custodibus — *Accedunt*

Magistri Joannis de Fabrica & Magistri Nicolai Richardi Quæstiones de Indulgentiis a Sixto IV. P. M. pro Ecclesia Xanctonensi concessis an. 1476. *Absque ulla nota*, Sæc. XV. *in* 4.°

Libellus circa annum eundem 1476. impressus, sine numeris, signaturis, & custodibus.

Defensorium Curatorum contra eos qui privilegiatos se dicunt. *Absque ulla nota*, Sæc. XV. *in* 4.°

821 Huss Joannis & Hieronymi Pragensis Historia & Monumenta. *Norimbergæ*, *Montanus*, 1558. *T. II. in f.°*

822 Huss Joannis Epistolæ quædam, cum præfatione Martini Luther. *Vitembergæ*, 1537. *in* 8.°

823 Fratris Joannis Carthusiensis Opera inscripta: Nosce teipsum, Corona Senum, De immensa Charitate Dei, De Humilitate interiori & vera Patientia, Libellus in præparatione infirmorum, & in dispositione morientium, qui Flos Vitæ interpretatur. *Venetiis*, *Nicolaus Jenson*, 1480. *in* 4.°

Exem-

Exemplar nitidissimum, tanquam recens e prelo; integerrimum quoque, quod rarum est, cum singula opera impressionis notam secum afferant, ac seorsim libellum unum efficere possint.

824 Magistri Joannis Ferrariensis Liber noviter editus de Vita Cœlesti. *Venetiis*, *Matthæus Capcasa*, 1494. *in f.°* — *Accedunt*

Eusebii Pamphili Præparatio Evangelica, Latine reddita a Georgio Trapezuntio. *Venetiis*, *Bernardinus Benalius*, 1497. *in f.°*

S. Isidori Hispalensis De summo bono Libri III. *Venetiis*, 1483. *in f.°*

825 de Isolanis Isidori De Imperio militantis Ecclesiæ Libri IV. *Mediolani*, *apud Gotardum Ponticum*, 1517. *in f.°* — *Exemplar integerrimum*, *quale describit Burius in Bibliographia n.* 429.

826 Justiniani Sancti Laurentii Opera omnia, a Hieronymo Caballo. *Brixiæ*, 1506. *T. III. in f.°*

827 Kabbala denudata, seu Doctrina Hebræorum transcendentalis & Metaphysica atque Theologica. *Sulzbaci*, 1677. *&* *Francofurti*, 1684. *T. II. Vol. IV. in 4.° lig. hol.*

828

828 a Kempis Thomæ de Imitatione Christi Libri IV. *Parisiis*, *e typ. Regia*, 1640. *in f.°* *lig. gal.*

829 —— Iidem, cum auctoris Vita, ex edit. Heriberti Rosweidi. *Patavii*, *Cominus*, 1728. *in* 8.° *lig. bol.* — *Accedunt*

Maffeii Jo. Petri De Vita D. Ignatii Loyolæ Libri III. a Josepho Roccho Vulpio. *Patavii*, *Cominus*, 1728. *in* 8.°

d'Avila Giovanni. Ragionamenti due a' Sacerdoti. *Padova*, *Comino*, 1727. *in* 8.°

Magagnotti Pietro. La Morte santa ed esemplare ec. *Padova*, *Comino*, 1727. *in* 8.°

830 a Kempis Thomæ de Imitatione Christi. Libri IV. ex recensione Josephi Valart. *Parisiis*, *Barbou*, 1758. *in* 12.° *lig. gal. ch. deaur.*

831 Khunrath Henrici Amphitheatrum Sapientiæ æternæ, solius, veræ, Christiano-Kabalisticum, Divino-Magicum, necnon Physico-Chymicum, & Tertri-Unum Catholicum. *Hanoviæ*, *Guillelmus Antonius*, 1609. *in f.°* — *Exemplar integerrimum libri ob raritatem præstantis; quam Burius designat in Bibliographia n.* 1399.

832 Kortholti Christiani Liber de tribus Impostoribus magnis (Eduardo Herbert,

Tho-

Thoma Hobbes, & Benedicto Spinosa). *Hamburgi*, 1700. *in* 4.° — *Acced.*
Kortholti Christiani Paganus Obtrectator, sive de Calumniis Gentilium in Veteres Christianos Libri III. *Lubecæ*, 1703. *in* 4.°

833 Langdaili Albani Catholica Confutatio impiæ cujusdam determinationis Nicolai Ridlæi de Eucharistia. *Parisiis*, *Vascosanus*, 1556. *in* 4.° *lig. hol.*

834 Latomi Bartholomæi & Joannis Sturmii Epistolæ duæ, de dissidio periculoque Germaniæ, & per quos stet quo minus concordiæ ratio inter partes ineatur; item alia quædam Sturmii de emendatione Ecclesiæ, & Religionis controversiis. *Argentorati*, 1540. *in* 8.°

835 Laurentii Jacobi Hugo Grotius Papizans. *Amstelodami*, 1642. *in* 8.°

836 Leonardi de Utino Quadragesimale aureum. *Sine loci ac typographi nota*, 1471. *in* 4.° *maj. lig. hol.* — *Exemplar nitidissimum.*

Editio una & eadem est cum allata a Guillelmo Burio in Catalogo Librorum Ducis de la Valliere n. 687.

837 Leonardi de Utino Quadragesimale aureum. *Venetiis*, *per Franciscum de Hail-*
brun

brun & Nicolaum de Franckfordia, 1473. *in f.° mag.*

838 Leonardi de Utino Quadragesimale aureum. *Venetiis*, *Franciscus de Hailbrun & Nic. de Franckfordia*, 1473. *in f.° parv.* — *Editio a præcedenti omnino diversa.*

839 —— Idem. *Vincentiæ*, *per Stephanum Koblinger*, 1479. *in f.°*

